Angelis P. de

Choix, 16339 : De Angelis pubblica ampliata l'Historie Sacre di Pietro Galbio

ff. nn. 4, ff. 156, ff. nn. 4
un 9 tav. f.t.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute


BIBLIOTECA MALVEZZI DE MEDICI
Fondo Trotti

http://www.archive.org/details/basilicaeveteris00ange

DESCRIPTIO VATICANÆ BASILICAE.

VETERIS, ET NOVAE.

PRINCEPS APOSTOLORVM.



*Venient ad te curui filij eorum,
qui humiliauerunt te, et adora-
bunt vestigia pedū tuoꝝ omnes.*

*Gens enim et Regnum, quod
non seruierit tibi, peribit.*
Iſaiæ LX.

Sanctus Sylueſter
eadem Magnifico
apparatu consecrauit

Julius II.
Pont Max
ob ruinam
impendentem
Basilicam ex
parte demo
litus in for:
mā Templi ædi
ficare coepit

Coſtantinus Chriſti
aniſſ.us Principem hanc
Baſilicam fundauit &
splendide ornauit

Carolus Chriſtianiſſ.us
Francoꝝ Rex Ecc.æ Rom.æ
aſſertor et suo merito
Romanorum Imperator

Greg. XIII
Pont. Max.
Sacellum Gre
gorianum
splendido
opere stru
xit ornauit ac
dotauit

Sixtus V.
Pont Max
erecto iā
oiūm admi
ratione Tem
plo tholum
imposuit

Clemens VIII
Pont Max
Sacellum al
terum non
minori ma
gnificentia
condidit Tem
plumq pauí
mento marmo
reo ſtrauit

BASILICÆ VETERIS VATICANAE

Deſcriptio

AVCTORE ROMANO
eiuſdem Baſilicæ Canonico

Cum notis Abbatis
PAVLI DE ANGELIS

Quibus accedit descriptio breuis
NOVI TEMPLI VATICANI
Necnon vtriusque Ichnographia.


Paulus. V.
Pont. Max
reliquum Ba
silicæ detra
cta uetustate
a fundamentis
extruxit et
Pontificia li
beralitate per
fecit

Vrbanus VIII
Pont. Max
iam absolu
tum omni
bus perfecti
decoris or:
namentis ad
ditis rite
consecrauit

ROMAE Typis Bernardini
Tani. 1646.

Superiorum permiſſu







SANCTISSIMO AC BEATISSIMO
PATRI ET D. N.

INNOCENTIO X.
PONT. OPT. MAX.

ABBAS PAVLVS DE ANGELIS
SEMPITERNAM FELICITATEM.

IAMDVDVM mihi in animo fuit Beatiſsime Pater; vt eximiam meæ beneuolentiæ ſignificationem in Principem Apoſtolorum oſtenderem; intimam, atque extimam magnifici, pulcherrimique Templi faciem eidem dicati, Liberianæ Baſilicæ non abſimilis, à me ad viuum expreſsi, deſcribere. Hoc à Magno olim Conſtantino Baſilicæ in morem inchoatum, à varijs poſtmodum, ſummiſque Pontificibus auctum, ad extremum à Paulo Quinto

abſolutum, perfectumque fuit. At dum talia mecum ipſe perpenderem, à quodam eiuſdem Templi, id temporis Baſilicæ, Canonico facta * Cæleſtinus III. deſcriptio, dum Eugenius* III. Romanam ſedem obtineret, peruenit ad me; qua non ſolum illius æui Baſilicæ ſtatus, verùm etiam SS. Pontificum ſepulchra, necnon memoriæ, beneficentiæ, ac regeſta, tum in Oratorijs, Sacellis, atque Altaribus extruendis, tum etiam in magnifico veſtium apparatu, auri, argentique ampliſsimis ornamentis, atque ad eiuſdem Baſilicæ vſum rebus neceſſarijs ſuppeditandis, ritibuſque ſolemnibus exequendis, ponuntur ob oculos. Proinde a mea priſtina ſententia deſciui, atque operæ precium me facturum exiſtimaui, ſi aliquid adderem, quod ab Auctoris incuria prætermiſſum fuit, vnà cum veteri, recentique archetypo. Quoniam verò (vt ſuperius diximus) de Baſilica egimus Vaticana, in pulcherrimã Templi formam artificio nobiliori redacta; Regum, Dynaſtarum, Imperatorum, Regnorum, Prouinciarum, aliarumque Vrbium, ac ditionum munera diligenter, accurateque deſcripſi: quarum aliqua iura, ac diplomata à Prædeceſſoribus tuis conceſſa, Beatiſsime Pater, Hadrianæ molis aſſeruantur in arce, dum ſupremam, atque ampliſsimam Pontificiæ maieſtatis

ſtatis dignitatem tenerent, quam tu Diuini Spiritus nutu, ſummoque totius Chriſtianæ Reipublicæ plauſu, atque emolumento, Beatiſsime Pater, nunc obtines. Cuinam igitur, quàm Tibi proborum omnium, atque Apoſtolicæ Sedis propugnatori fortiſsimo, opus hoc dicarem libentiùs, ne in obtrectatorum, ac procacium inuidiam adducerer? Tuæ patrocinium Maieſtatis venerabundus, atque ad genua prouolutus imploro, B.P. vt innocentiſsima duce Columba, atque aura Pontificiæ benignitatis aſpirante, feliciter in portum appellam. Romæ pridie Kalend. Februar. anno Salutis M.DC.XLVI.

IN ſecundo Pontificatus anno S.D.N. INNOCENTIVS X. Pont. Max. interiorem partem admirabilis Templi Vaticani, quam fel. rec. Paulus V. à fundamentis opere magnificentiſſimo extruxerat, ornare cœpit, non minori magnificentia ſplendidè varijs lapidibus pretioſis artificiosè commiſſis; illiuſque molitur perfectionem; opus tanto Pontifice dignum, à pleriſque cogitatum, ſed INNOCENTIO X. Deo volente ſeruatum.

Eodemque tempore Lateranenſem Baſilicam, non ſolùm vtraque naui ruinoſam à fundamentis; ſed etiam maiorem illarum magno cum ſplendore, & in meliorem formam perducere, atque ornare cœpit, præclaro ad futurum anni quinquageſimi Iubilæum celebrandum apparatu, voto totius Vrbis, imò & Orbis diuturno reſpondens, quod felix fauſtumque ſit.

IVſſu Reuerendiſſimi P. Fr. Michaelis Mazarini Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, Opus vidi, quod inſcribitur, [Breuis Deſcriptio Sacroſanctæ Vaticanæ Baſilicæ, Authore Romano eiuſdem Baſilicæ ante annos ferè quingentos Canonico, &c. Cui acceſſerunt nonnullæ adnotationes ad ſupplendas res ab eodem prætermiſſas, Abbatis Pauli de Angelis.] Nihilque in eo Orthodoxæ fidei contrarium reperi; imò dignum vt publici iuris fiat, cenſeo. Romæ in Hoſpitio Cœnobij ſanctorum Vincentij & Anaſtaſij ad aquas Saluias, Kal. Februarij anno 1644.

D. Ferdinandus Vghellus Abbas SS. Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias, Ordinis Ciſtercienſis.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P. Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

A. Epiſc. Comacl. Viceſgerens.

Imprimatur.

Fr. Hyacinthus Serronus Magiſter & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Michaelis Mazarini Sacri Palatij Apoſt. Magiſtri, Ord. Prædicatorum.

LECTORI PIO ET BENIGNO.

EAdem animi alacritate, atque fiducia, qua præteritis annis deſcripſimus Sacroſanctam Baſilicam Sanctæ Mariæ ad Præſepe, aliàs Sanctæ Mariæ Maioris, ſemper in animo noſtro deſiderium habuimus nonnulla de Principis Apoſtolorum beati Petri in Vaticano Baſilica tradere: non vt alij quidam, qui ſine vllo ordine de eadem Baſilica beati Petri locuti ſunt, ſed & rerum & temporum ordine diligenter ſeruato, & veritatis fidem ſanctiſſimè cuſtodita. Quapropter nullum in hac narratione verbum inſeram, quod non, vel ab approbatis, veteribuſque ſcriptoribus acceperim; vel ex manuſcriptis fide dignis, vel denique ex antiquis marmoribus non deſcripſerim. Et ſane in magnis, Dei beneficijs numeraui, quòd hac de re cogitans, Meſſanæ in deſcriptionem huius Baſilicæ vetuſtiſſimam inciderim, Eugenij Tertij Pontificis tempore editam, Romano eiuſdem Baſilicæ Canonico, authore: quam mihi Antonius Amicus Regius hiſtoriographus commodauit. Eam nos ſecuti; quæ ille tanto ante deſcripſit, nunc tandem in lucem edere decreuimus, diligentiore rerum ad eandem

dem Baſilicam pertinentium collectione illi libenter relicta, quem in eam curam iam diu incumbere in hac Vrbe pro certo comperimus. Ordo porro rerum ab antiquo illo Canonico traditarum hic eſt, quem nunc ſubijcimus. Tu interim vale & Deum mihi propitium, quod ego pro te inuicem facio, precare.

ADhuc autem eſt quod te moneam (Lector prudentiſſime) Authorem hunc noſtrum, quicunque ille ſit, ante tempora Gregorij XI. & Pij V. qui liti de Primatu, & præcellentia Eccleſiæ Lateranenſis, & D.Petri inter vtriuſque Eccleſiæ Canonicos grauiter, ac ſummo ſtudio per plures annos ſuſceptæ finem poſuerunt, & ſilentium ſub pœnis grauiſſimis indixerunt, Eccleſiæ cuius ipſe erat Canonicus, fauere nonnihil capite tertio, & alibi de prærogatiua, & Primatu Eccleſiæ D.Petri aſſeruiſſe: Ea ipſe, nè textus authoris mutilus in manus hominum veniret, nefas eſſe duxi omittere, quæ lite iam à dictis Summis Pontificibus compoſita nullum præiudicium afferunt, vnde nec ego præiudicare conſtitui Eccleſiæ Lateranenſi.

Neque alia ratione ea me edidiſſe fateor, obteſtorque. Gaudeant ſinguli ſuis prærogatiuis, & priuilegijs: ipſe nihil additum, vel detractum alicui hoc meo Romano volo.

INDEX

INDEX CAPITVM
SIVE TITVLORVM.

1 A Quo Apoſtolorum Petri & Pauli Corpora de Catacumbis leuata ſint, & vbi ſepulta. fol. 1
2 De Remiſſione Dedicationis huius Baſilicæ. 5
3 Quòd in beati Petri Baſilica tantum vigilantur Pallia, quæ Dominus Papa mittit Archiepiſcopis. 5
4 De excellentia huius ſacroſanctæ Baſilicæ. 8
5 De ſacris Corporibus, quæ in hac beati Petri Baſilica requieſcunt, & quibuſdam Altaribus Sanctorum. 13
6 De Oratorio beatæ Mariæ, quod eſt in Choro Canonicorum. 15
7 Vbi requieſcant Domnus Gregorius, & Eugenius Tertij Papæ. 16
8 De Actibus Domni Eugenij Tertij Papæ felicis memoriæ. 17
9 De Altare ſancti Silueſtri. 21
10 De Altare ſancti Mauritij Martyris, & eius dignitatibus. 22
11 De Oratotio ſancti Leonis Quarti Papæ. 22
12 Vbi requieſcit D. Hadrianus Papa Primus. 43
13 De Oratorio B. Mariæ, quod eſt in Vaticano. 50
14 De Oratorio Sanctorum Proceſſi, & Martiniani. 54
15 De Altare ſancti Martialis. 57
16 De Eccleſia S. Petronillæ Virginis. 58
17 De ſanctis Pontificibus, qui in Vaticano requieſcunt. 60
18 Vbi requieſcit B. Linus Papa, & cæteri, qui ſequuntur. 61
19 De Altare S. Egidij Abbatis. 84
20 De Oratorio SS. Proceſſi & Martiniani. 103
21 De Oratorio S. Gregórij Papæ. 106
22 De Altare Apoſtolorum Symonis, & Iudæ. 106
23 Vbi requieſcit Sergius Papa Secundus. 107
24 Vbi requieſcit Venerabilis Beda Presbyter. 117
25 De Oratorio Veronicæ. 119
26 De Oratorio S. Antonini Martyris. 120
27 De Oratorio Apoſtolorum Philippi, & Iacobi. 121
28 De Altare ſancti Abundij. 121
29 De Oratorio S. Ambroſij. 125
30 Vbi requieſcit Beatus Matthias. 124
31 De Altare Sanctorum Petri, & Pauli. 124
32 De Oratorio S. Luciæ. 125

33 De

33 De Oratorio S. Crucis. 125
34 De Eccleſia S. Ioannis ad Fontes. 126
35 De excellentia huius Baſilicæ. 127
36 De eadem re. 127
37 De prærogatiua huius ſacroſanĉti Altaris. 128
38 Ratio, quare beati Petri Baſilica præcedat in Proceſſione. 129
39 Ratio quare beati Petri Baſilica, & cæteras Eccleſias Vrbis, & omnibus præcellat lumine lampadarum. 130
40 De conſuetudine Confeſſionis Altaris B. Petri. 131
41 Quot lampades ardeant quotidie in B. Petri Baſilica de conſuetudine. 132
42 De conſuetudine Maioris Ebdomadæ. 134
43 De Ebdomadis, qualiter diuiduntur per ordines. 135
44 De nominibus quinque Portarum Baſilicæ B. Petri Apoſtolorum Principis. 136
45 De Dignitatibus beati Petri Baſilicæ. 138
46 De eadem re. 138
47 De eadem re. 138
48 De eadem re. 139
49 De eadem re. 139
50 Quando ornatur Lectorium B. Petri. 141
51 Donatio Caroli Imperatoris. 142
52 De feſtiuitatibus, in quibus Dominus Papa debet coronari, 151
53 De nocturnis Stationibus. 152
54 De diurnis Stationibus ſancti Petri. 152
55 Quo tempore Corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli à Græcis de ſepulturis ſuis furata ſint, & vbi ſepulta. fol. 153

Hactenus de Deſcriptionis huius Baſilicæ ordine, à Romano Canonico allato: cui noſtras annotationes, vt ſupra diximus, adiungimus, vnà cum veteri Veſtigio ipſius ſancti Petri Baſilicæ à Coſtantino Magno Imperatore à fundamentis ædificatæ, ſimulq; etiam cum omnibus Altaribus, atque ſacellis, omnibuſque alijs: Nouoque inſuper Veſtigio, prout hodie conſpicitur, ſuiſq; ſacellis atque Altaribus, & omnibus alijs ornamentis, ad ipſam ſpectantibus.

Declaratio Ichnographiæ Baſilicæ veteris S. Petri in Vaticano, ſacrorumque ædificiorum prope illam conſtructorum.

1 ALTARE maius, vbi Apoſtolorum Petri & Pauli corpora requieſcunt.
2 Confeſſio Beati Petri ab Anacleto Papa exornata, Romanorum Pontificum ſepultura, vbi ſumuntur Pallia pro Archiepiſcopis in ſignum plenitudinis Pontificalis officij.
3 Solium Romani Pontificis. Subſequentes ſunt ſepulturæ … prope … tum
4 Subſellia S. R. E. Cardinalium.
5 Duodecim Columnæ elegantiſsimæ frontem maioris altaris complectentes, & ſancta ſanctorum conſtituentes.
6 Candelabrum eximium pro Cereo Paſchali.
7 Suggeſtum marmoreum ad Euāgelium decantandum.
8 Olim altare S. Sixti Primi à Paſchale Secundo.
9 Altare de oſſibus nuncupatum à Franciſco de Tibaldeſchis Cardinali.
10 Oſtiolum ducens ad oratorium poſt Confeſsionem.
11 Alterum oſtiolum præfati Oratorij, vbi oſſa plurimorum congeſta ſunt.
12 Sepulcrum marmoreum N.
13 Porta Templi ad Occidentem.
14 Oratorium S. Leonis Papæ, vbi ſunt Corpora ss. Leonum Primi, Secundi, Tertij & Quarti.
15 Oratorium s. Hadriani Primi Papæ.
16 Sepulcrum Vrbani ij. Papæ.
17 Oratorium s. Mariæ de Cancellis à s. Paulo j. Papa.
18 Sacellum s. Mariæ à Io. Caietano de Vrſinis Cardinali.
19 Porta ad Meridiem, vbi multa Pont. & Card. ſepulcra.
20 Oratorium ss. Proceſsi & Martiniani à Paſchali I.
21 Sacellum s. Catherinæ pro Cardinali Tyburtino.
22 Oratorium s. Mauritij, ad quod Imperator & Imperatrix ab Epiſcopis Cardd. benedicuntur, & in brachio dextro oleo ſacro vnguntur antequam à Romano Pontifice coronentur.
23 Altare s. Silueſtri Papæ, vbi Vigilij, & Hadriani iv. ſepulchra.
24 Altare s. Bartholomæi.
25 Columna ſancta vna ex 12. è Salomonis Templo
26 Altare s. Ant. ab Antoniotto de Pallauicinis Cardinali.
27 Altare s. Luciæ Virginis à Gregorio Primo.
28 Altare pro mortuis priuilegiatum.
29 Altare trium Regum Magorum.
30 Oratorium s. Io. ad fontes à Symmacho Papa.
31 Fons Baptiſmi à Damaſo Papa verſibus exornatus.
32 Altare s. Ioannis Euangeliſtæ à Symmacho Papa.
33 Altare B. Mariæ Virginis.
34 Altare s. Annæ Soc. Parafrenariorum S.R.E. Cardd.
35 Oratorium S. Crucis à Symmacho Papa.
36 Porta ad Occidentem.
37 Duo Sacella antiquiſsima SS. NN.
38 Altare B. Mariæ & altare s. Gabinij Mart. à Greg. iij. quæ Eugenius iiij. in vnum reſtituit, & Innocentius viii. exornauit plurimorum ss. reliquijs reconditis.
39 Chorus, ſupra quem erat Organum.
40 Altare s. Paſtoris ab Vgo de Vrſinis Cardinali.
41 Parietes veteris templi partem à nouo diuidentes.
42 Altare ss. Proceſsi & Martiniani ex priori loco cum ſtatua ænea s. Petri translatum.
43 Altare B. Mariæ translatum.
44 Sacellum ss. Apoſtolorum Simonis & Iudæ, vbi ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum honorificè cuſtoditur.
45 Olim Altare ss. Apoſtolorum Philippi & Iacobi.
46 Fontes aquæ benedictæ, & Altare B. Mariæ Virginis ad Columnam ad dexteram templi.
47 Sacellum s. Bonifacij Mart. à Bonifacio viij.
48 Altare mortuorum priuilegiatum, & ſepulchrum Leonis ix.
49 Altare s. Antonij Abbatis, & s. Annæ.
50 Altare s. Venceslai Mart. Regis Boemorum, atque s. Eraſmi.
51 Altare s. Martialis à Neapolione de Vrſinis Card. & Vannotia de Sabellis, vbi cum ſuis maioribus requieſcunt.
52 Altare S. N.
53 Sepulchrum Pauli iij. eximium ab Alexandro Farneſio Cardinali.
54 Altare Sanctiſsimi Crucifixi, vbi eſt corpus s. Petronillæ.
55 Sepulchrum Bonifacij viij. & ſtatua equeſtris Robert. Malateſtæ.
56 Altare de Petrera, vbi ſep. Petri Raymundoz Hieroſolym. Hoſp. Magiſtri.
57 Altare S. N.
58 Altare Beatæ Mariæ ab Eugenio iiij. & Petro Barbo Card.
59 Sepulchrum Eugenij iv. vbi oſſa multorum ſunt congeſta.
60 Altare s. Marci Euangeliſtæ à Paulo ij.
61 Altare s. Nicolai à Nicolao v.
62 Altare s. Blaſij à Poncello de Vrſinis.
63 Sepulchrum Vrbani vj. & multorum Pontificum.
64 Altare Annunciationis B. Mariæ Virginis.
65 Duo altaria SS. NN.
66 Altare B. Mariæ & ss. Franciſci, & Antonij de Padua à Sixto iv.
67 Sepulchrum Sixti Quarti Æneum elegantiſsimum.
68 Sepulchra Iulij ij. & Fatij Sanctorij Cardinalis.
69 Sepulchrum Franciotti de Ruuere Cardinalis.
70 Sepulchrum Carolæ Cypri & Hieruſalem Reginæ.
71 Sepulchrum Bernardi Heruli Narnienſis Cardinalis.
72 Sepulchrum Stephani Nardini Foroliuienſis Cardin.
73 Altare s. Thomæ Apoſtoli, ante quod iacent ſepulti Io. Podius Epiſcopus Bononien. & Marcolus de Lampugnano Plocen. Epiſcopus, & Franciſcus Bartheli Molopotanien. & Petrus Lundhus Epiſcopus Gaetanus.
74 Fons Baptiſmi & ſepulchrum Innocentij vii.
75 Sepulchrum Petri Fonſecæ Luſitani Card. & Nicolai Vicecomitis Mediolanen.
76 Sepulchrum Ardicini Iunioris Nouarien. Card. della Porta.
77 Sepulchrum Ardicini Senioris Nouarien. Cardinal. & Theobaldi de Rubeo Monte Archiepiſcopi Bitun.
78 Sepulchrum Chriſtophori Moroni Epiſcopi Iſernien Card.
79 Sepulchrum Gregorij V.
80 Altare S. N.
81 Sepulchrum Pij Tertij, ante quod eſt ſepultus Franciſcus Bandinus Picolomineus Archiepiſcopus Senenſis.
82 Olim Sepulchrum Pij v. & Sixti v.
83 Olim Sepulchrum Hadriani vj. nunc Iulij iij.
84 Sepulchrum Pij ij. ante quod ſunt ſepulti Pius … & …
85 Altare s. Gregorij Papæ à Greg. iij., ſupra quod eſt caput s. Andreę Apoſtoli à Pio ij.
86 Sepulchrum Agnetis de Columna Honorati Gaetani vxoris.
87 Olim Altare ss. Laurentij & Gregorij à Iacobo Gaetano de Stephaneſchis Cardinali.
88 Altare S. N. nunc Columna Sancta translata.
89 Sepulchrum Gregorij xiij & Gregorij xiiij.
90 Altare B. Mariæ, ante quod eſt ſepulchrum Bernardini de Cruce Epiſcopi Nouocomenſis, iuxta quod fuere tranſlata oſſa Caliſti iij. Alexandri vi. & Vrbani vi. & demum ſep. Vrbani vii.
91 Olim Altare s. Tridentij Mart. Nunc lapis, ſupra quem plures Sancti Martyrium ſubiere.
92 Olim Altare s. Antonini Mart. ab Odone Lotta de Ameteſchis, nunc lapis, ſupra quē fuerunt diuiſa oſſa ss. Apoſtolorum Petri & Pauli, à B. Silueſtro Papa.
93 Altare S. N.
94 Sacellum s. Ægidij Abb. à Io. Tomacello Comite Ioræ Bonifax.
95 Sacellum s. Nicolai à Nicolao iij. vbi d. Nicolai & Honorij iv. ac Franciſci Buccamatij Card. ſep.
96 Altare Capellæ Gregorianæ, vbi eſt Corpus s. Greg. Nazianzeni à Greg. xiij. translatum.
97 Altare s. Iacobi Apoſtoli ab Ant. de Caluis Card.
98 Altare s. Hieronymi.
99 Altare s. Auguſtini.
100 Altare s. Ambroſij.
101 Altare s. Martini à Io. Epiſcopo Hoſtien. Card. Viuarien.
102 Altare s. Agathæ nunc ſepulchrum Marcelli ij.
103 Altare s. Luciæ translatum & ſepul. Innocentij viii.
104 Sepulchrum Nicolai v. translatum.
105 Altare s. Marci translatum.
106 Sepulchrum Pauli ij.
107 Olim Altare s. Abundij Manſionarij Baſilicæ, poſtea Leonis x. & Pij iv. ſepulchra.
108 Olim aditus ad Eccleſiam s. Vincentij, nunc Sacellum Innocentij viij. translatum, vbi omnes reliquiæ templi.
109 Sepulchrum Innocentij viij. translatum.
110 Olim altare s. Laurentij nunc ſepulchrum marmoreum translatum N. Sum. Pont.
111 Sepulchrum Aloyſij ex familia Roſsiorum Cardinalis, poſtea Pauli iv.
112 Sepulchrum olim Franciotti de Vrſinis Cardinalis.
113 Porta Paruula olim
114 Altare olim Oratorij s. Mariæ ad Præſepe à Ioan. vij. nunc Porta Sancta.
115 Altare vultus ſancti, vbi ſanctiſsimum Sudarium, quo D. N. Ieſus Chriſtus ante passionem faciem ſuam extersit, & Lancea, qua eiuſdem D. N. latus apertum fuit, cuſtodiuntur.
116 Pinea ænea ſpecioſiſsima à Symmacho Papa.
117 Fons magnus æneus pro Peregrinis à Symmacho Papa.
118 Tres Portæ, ſupra quas eſt reſtituta de nouo Nauicula Principis Apoſtolorum fluctuans ex muſiuo elegantiſsimo opere Iotti, impenſis Iacobi Gaetani Cardinalis de Stephaneſchis olim Canonici.
119 Paruula ædicula multorum Sanctorum reliquias continens.
120 Sepultura Honorij Primi, Othonis Secundi, & Placidij & Valentiniani iij. Auguſtorum Cæſarum.
121 Porta Palatij à Iulio ij. reſtaurata.
122 Aula Regia Sacri Palatij, iuxta quam ab Occidente, eſt Capella Sixti iv. ad Orientem, ſacri Conſiſtorij aulæ, & mœnia multiplicis ordinis, à Leone x. ad Meridiem Capella Pauli iij. & ad Aquilonem amplisſima Summorum Pontificum Cubicula.
123 Sepulchrum Benedicti iv.
124 Porta Sancta, quæ vigeſimo quinto Iubilei anno per Romanum Pontificem aperitur & clauditur.
125 Sepulchrum Ioan. ix.
126 Porta dicta Guidonea, ſupra quam olim erant appenſa multarū victoriarum inſignia.
127 Sepulcra Stephani v. & vi.
128 Porta Romana, ſupra quam ſunt appenſæ vectes Portarum Tuneti à Carolo V. Imperatore miſſæ.
129 Sepulcra Benedicti iij. & Io. xix. & Bulla centeſimi quoque Iubilæi anni à Bonifacio viij.
130 Porta Meridiana olim argentea ab Honorio Primò & Leone vij. nunc ænea ab Eugenio iv.
131 Valuæ aeneæ antiquiſsimæ.
132 Olim ſepulchrum Sergij Primi, nunc adeſt lapis numidicus, cui inſculptum eſt epitaphium ſepulchri Hadriani Primi à Carolo Magno editum, ex priori loco tranſlatum.
133 Porta Rauenniana, ſupra quam ſunt appenſa inſignia, & catenæ Portus Smynæ à Sixto iv.
134 Tabulæ marmoreæ, in quibus ſunt inſculpta nomina … & ſundorum à Gregorio Papa pro luminaribus Templi.
135 Sepulchrum Nicolai Papæ I.
136 Locus ſepulturæ Gregorij Primi …
137 Porta Iudicij, per quam … efferebantur
138 Sepulchrum Ioannis viij.
139 Sepulchrum Ioannis xii.
140 Sepulchra Ioannis ij. & viii.
141 In hac parte portions templi … multi … ſepulti.
142 Sacellum principale … vbi translata fuit Imago B. Mariæ … & ſepulchra Bened. …
143 Altare s. Ioan. Baptiſtæ translatum de familia Vrſinorum.
144 Altare s. Sebaſtiani à Chriſtophoro de Iacobatijs.
145 Altare S. N. & ſepulchr. de Petbenedi. Card.
146 Altare ad quod fuit translata Imago B. Mariæ ex intercolumnijs Porticus.
147 Aditus ducens ad Porticum.
148 Altare S. N.
149 Altare olim s. Mariæ in Turri, vbi electus in Imperatorem à Canonicis Sancti Petri recipitur in Canonicum, & in fratrem.
150 Palatium Archipresbyteri Baſilicæ.
151 Turris Campanaria.
152 Tres portæ olim æneæ, in quibus erant inſculpta nomina Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, … ſulatum Sedis Apoſtolicæ.
153 Altaria s. Andreæ, vbi ſummi Pontifices ſolemnia quædam peragebant.
154 Altare s. Angeli.
155 Altare S. N.
156 Tranſitus.
157 Altare Saluatoris dictum de Abundantia, à Thoma de Vrſinis Cardinali, & Neapolione Comite Manupelli.
158 Sacellum Beatæ Mariæ Annunciationis à Maria de Comitibus.
159 Sacellum S. N. multorumque nobilium ſepulchra.
160 Olim Sacellum s. Petronillæ Virginis filiæ s. Petri. Ludouico Rege Francorum dotatum, vbi erant ſepultæ Agnes Henrici Secundi, & Maria Hermanni Honorij Imperatoris Vxores.
161 Sacellum S. N. vbi oſſa è diuerſis ſepulch. eruta congeſta ſunt, de quibus & alijs latè in libro dicetur.
162 Tranſitus ad alterum templum.
163 Sacellum S. N. vbi congeſta ſunt oſſa veterum ſepulchrorum.
164 Altare s. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.
165 Aula ſanctimonialium iugiter Deum laudantium, de quibus, & alijs rebus in libro dicetur.
166 Tranſitus.
167 Sacellum S. N. vbi eſt ſepultus Oddo Ianuenſis Epiſcopus Interamnenſis.
168 Sacellum Sanctorum Lamberti & Seruatij à Georgio de Cæſarinis Canonico, ad quod fuit translatum corpus s. Ioannis Chryſoſtomi, & eſt ſepulchrum omnium Canonicorum Baſilicæ.
169 Sacellum S. N. vbi conſeruantur ſedes ſiue Cathedra s. Petri, & culcitra ſiue ſtragulum s. Martyrum.
170 Sacellum & ſepulchrum Caliſti … & Alexandri … & quorundā Cardinaliū, multorumque nobilium.
171 Obeliſci Cæſaris in medio Circi, Caij & Neronis … mæuus locus.
172 Sacellum B. Mariæ de febribus, ante quod ſunt ſepulti Bartholomæus Maraſcus Epiſcopus Caſtellanus, & Iacobus Breuccetti Epiſcop. … …
173 Sacellum S. N. vbi erat ſepulcrum Hugonis Lingle Nicoſien. Regni Cypri Camerarij.
174 Sacellum Sanctorum … & ss. Coſmæ & Damiani, vbi eſt ſepulchrum Beneficiatorum & Clericorum Baſilicæ.

lificio-

à Leone x. ad
Aquilonem
Cubicula.

anno per Ro
ar.

erant appen-

vectes Por-
miſſæ.
la centeſimi

o Primò &

ſt lapis nu-
n ſepulchri
m, ex prio-

ſa inſignia,

ota nomina
pa pro lum


VES

COST

AT

A quin-

VESTIGIVM VETERIS DIVI PETRI IN VATICANO BASILICÆ A COSTANTINO MAGNO A FVNDAMENTIS CONSTRVCTA NEC NON SACELLORVM ATQVE ORATORIORVM SACRARVMQVE ÆDICVLARVM ILLI ADIVNCTARVM



A A QVO

I.

APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI CORPORA

de Catacumbis leuata ſint, B & vbi ſepulta.

SICVT itaque in libro Pontificali ſcriptum inueni, Beatus Cornelius Papa rogatus à quadam matrona, nomine Lucina, corpora ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli de Catacumbis noctu leuauit: & primò quidem corpus Beati Pauli Apoſtoli, prædicta Lucina in prædio ſuo poſuit via Oſtienſi, ad latus, vbi decollatus eſt. Beati vero Petri Apoſtoli corpus accepit B. Cornelius Papa, & cum magna deuotione, & reuerentia, poſuit illud propè locum, vbi crucifixus eſt, inter cor-
C pora ſanctorũ Epiſcoporũ, in Templo ſcilicet Apollinis, in Monte Aureo, in Vaticano, Palatij Neronis. Poſtea verò tempore beati Silueſtri Papæ Conſtantinus Chriſtianiſsimus Imperator, rogatu eiuſdem ſanctiſſimi Pontificis, cum magna deuotione, & diligentia, vt res ipſa docet, fecit Eccleſiam beato Petro Apoſtolorum Principi, ante Templum Apollinis, in Vaticano: cuius fundamentum ipſe Imperator primus fodit, & aſportauit inde duodecim cophinos, ad honorem duodecim Apoſtolorum. Cuius venerabile corpus, vna cum beato Silueſtro Papa, ita recondidit. Loculum argenteum cõtinentem ſanctiſſimũ corpus om-
D ni parte ex ęre & cypro concluſit, quod eſt immobile. Ad caput, pedes quinque, ad pedes, pedes quinque, ad dextrum pedes quinque, ad ſiniſtrum pedes quinque, ſubtus pedes quinque, ſupra pedes quinque. Sic incluſit corpus beati Petri & Pauli, & exornauit ſuperius altare eius, & aream ex auro fuluo, & fecit ciborium ex columpnis porphyreticis, & auro mundiſſimo. Poſuitque ibi ante venerabile Altare eius, ad ornatum eiuſdem Baſilicæ, duodecim columpnas vittineas, quas de Græcia portare fecit, quæ fuerunt de Templo Apollinis Trogæ. Poſuit & ſupra corpus beati Petri crucem ex auro puro, habentem centum

De translat. corp. ss. Apoſt. Petri, & Pauli, vide Anaſt. in vita s. Cornelij PP. & Baron. tom. 2. ad an. 221. & 222. & Honufr. in Plat. in vita eiuſdem Pontificis Cornelij. Pomp. Vgon. in ſua hiſt. ſtation. Rom. ſtat. 11.

De Baſil. Apoſt. Princip. B. Petri in Vaticano à Conſtantino Imp. fundata, vide Anaſt. in vita s. Silueſtri papæ I. Bar. tom. 3. ad ann. 324. Blond. Rom. inſtaur. lib. 1. pag. 7. et 8. nu. 50. et 51. Honufr. in Plat. annot. in vita s. Silueſtri.

quinquaginta libras, in qua eſt ſcriptum: CONSTANTINVS AVGVSTVS, ET HELENA AVGVSTA FECERVNT. Et Baſilicam beato Paulo Apoſtolo via Oſtienſi: & recondidit corpus eius, ſicut corpus B. Petri in ære & cypro. Quas itaque Baſilicas B Silueſter Papa vna die, quia vna die coronati ſunt, ad honorem IESV CHRISTI filij Dei viui,& eius Genitricis, & beatorũ Principũ Apoſtolorum Petri & Pauli, ſolemniter conſecrauit; conuocatis Epiſcopis,& Sacerdotibus,& turbis fidelium per vniuerſum Orbem. A

ADNOTATIO.

MVlta in hoc primo Titulo deſcriptionis Baſilicæ Principis Apoſtolorum S. Petri, à Romano, Canonico eiuſdem Baſilicæ inchoatæ, continentur: plura nimirum de Baſilica loquitur: multa quoque à Conſtantino Imperatore pijſſimo ædificata, de cryptis emortualibus, quas vulgo Catacumbas appellant, & translatione corporum ſanctorum Apoſtolorum à Cornelio Papa facta: tacet omnino de veteri Eccleſia ſancti Petri Apoſtolorum Principis, vel cœmeterio ab Anacleto Papa extructo, de quo Damaſus loquutus eſt, his verbis. [Hic memoriam beati Petri conſtruxit, & compoſuit, dum Presbyter factus fuiſſet à beato Petro, ſeu alia loca, vbi Epiſcopi reconderentur ſepulturæ. Vbi autem & ipſe ſepultus eſt in pace, iuxta corpus beati Petri:] ibi nimirum fuit, vbi nunc temporis Altare Diuo Petro ſacrum honorificè ſplendet. Cuius ſitum Baronius optime ſignificauit, in figura circulari, vel octangulari, nomine impreſſo Inuictiſſimi Auguſti, Magni Conſtantini Imperatoris: & nos Deo fauente demonſtrabimus in veteri veſtigio Baſilicæ ſancti Petri, cum omnibus Altaribus, Oratorijs, Sacellis, atque Monaſterijs, alijſque Eccleſijs circiter ipſam Baſilicam conſecratis. Sic, & breuibus loquutus eſt de hac Baſilica Romanus auctor, qui,& in pauca rẽ contulit; cùm tamen nullo negotio potuiſſet tantam Baſilicam latiùs deſcribere, ad exemplum, ac poſterorum memoriam, ad maiorem gloriam ipſius Principis Apoſtolorum, ad oſtendendam liberalem Chriſtianiſsimi Imperatoris Conſtantini magnanimitatem, cùm floreret tunc temporis omnibus Oratorijs, Altaribus, atque Sacellis, quorum hodie nulla eſt memoria, veſtigium nullum: ſolum illud extat, quod Andreas Fuluius antiquarius, ex reliquijs dirutæ apſidis excepit ad perpetuam rei memoriam; & in illius opere muſiuo legebatur hoc diſtichon,

(B) (C) (D)

Anaſtaſius Bibliot. in vita Anacl. pp.

Tom. 3. ann. 324.

Locus S. Petri altar.

Fuluius antiq. lib. 3. ſuarum antiquit.

QVOD DIVE TE MVNDVS SVRREXIT IN ASTRA TRIVMPHANS,
HANC CONSTANTINVS VICTOR TIBI CONDIDIT AVLAM.

Ipſe

A Ipſe etiam Romanus cùm loquitur de Baſilica ſancti Petri, neceſſarium mihi videtur oſtendere debuiſſe, quid ſit Baſilica, cum omnibus ad Baſilicam, & eius vſum pertinentibus: ſicut nos adnotauimus, in noſtra deſcriptione & delineatione Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris: Baſilicam nempe eſſe amplam domum, vbi, & controuerſiæ dirimuntur.

Baſilica templo erat perſimilis, ambulantibus conſtructa, ad quam tota ex Vrbe confluebant. Baſilica Regia domus erat: Baſilicas in vſum negociorum fuiſſe ædificatas conſtat: Baſilicæ nomen, quid apud Catholicos deſignet: Baſilicæ nomen hodie quibuſdam magnificis Eccleſijs attribuitur.

B Nihil etiam Romanus loquutus eſt de Catacumbis, videlicet, de earum ſignificatu: nil de ſtructura, vel à quo originem ſumpſerint, dum dixit ſuperius [Corpora ſanctorum Apoſtolorum, Petri, & Pauli de Catacumbis Cornelius Papa noctu leuauit] nec omnes intelligant hoc nomen Catacumbas. Quoniam verò de his Honufrius Panuinius propriam quandam laudem in deſcribendo conſequutus eſt; ideo nullum hac de re ſermonem hìc nos faciemus, ſed tamen Honufrij verba referemus, cuius hæc ſunt: [Catacumbæ porrò, ſiue Catatumbæ, eſt vetuſtiſſimum Chriſtianorum perſecutionum tempore, ſacellum, in antiquo cuiuſpiam nobilis familiæ Romanæ ſepulchri hypogeo à

Honufr. de ſeptem vrbis Eccl. de Eccl. tertia S. Sebaſtiani pag. 96.

C S. Calliſto Papa fabricatum, quando is corpora Apoſtolorum Petri & Pauli tranſtulit, & Cœmeterium de ſuo nomine extruxit, vel refecit. Catatumbarum forma eſt circularis, & cum fornice teſtudineato, ad quas triginta gradibus deſcenditur. Habent quatuor ſpiracula, lumen deſuper admittentia, cum ſepulchris xiv. circa locatis. Eo loci adhuc ſuperſunt auguſtiſsimæ antiquitatis veſtigia. Ibi adhuc eſt amplum, & vetuſtiſſimam antiquitatem referens, marmoreum altare, ſub quo corpora Apoſtolorum iacuerunt, in quo Romani Pontifices Martyres Miſſas celebrant. Ibi in medio adhuc è rudi marmore humilis, & ſimpliciſſimus extat ſanctiſsimorum illorum Pontificum Calliſti,

D Vrbani, Pontiani, Antheri, Fabiani, Cornelij martt. Epiſcopalis thronus: ibi extant adhuc Cleric. S. R. E. circumcirca latentia ſedilia: ibi extant meniana, ſiue podia paulo altiora, quibus ob loci anguſtiam plebs fidelis ſacris myſterijs aſtabat. Ibi demũ extant in circuitu, Martyrum ſepulchra, quorum ſacroſancta erat memoria, tumbarum more facta, & ſimplicibus aliquot gypſeis emblematibus ornata, non ſine veneratione viſenda, oſculanda, adoranda. Atque hactenus de Catacumbis.]

Porro Romanus ait [Beati verò Petri Apoſtoli corpus accepit

B. Cornelius Papa, & cum magna deuotione, & reuerentia, po- A
ſuit illud propè locum, vbi crucifixus eſt, inter corpora ſanctorum
Epiſcoporum: in Templo, ſcilicet, Apollinis in monte Aureo, in
Vaticano Palatij Neronis.] Vbi tacuit Eccleſiā antiquam S. Ana-
cleti, vt ſuperius diximus in eodem loco: & nos, Deo fauente, hìc
de ipſa Eccleſia, vel Cœmeterio, de Baſilica à Magno Conſtātino
Imperatore exinde extructa, & Diuo Petro dicata, ijſque omni-
bus, qui ipſam Baſilicam adiuuarunt, breuiter dicturi ſumus, deq;
nonnullis alijs ad ipſam Baſilicam pertinentibus. De hac hiſto-
ria, de qua Romanus loquutus eſt in primo Titulo deſcriptionis
huius Baſilicæ; vide Anaſtaſium in vita ſancti Cornelij, Baroniū,
Blondum Flauium, & Pompeium Vgonium recentiorem aucto- B
rem, & iterum Baronium Tomo 3. ad ann. 324.

Anaſt. in vita ſancti Cornelij et Silueſtri pp.
Tom. 2. ad ann. 221. et 222. vide etiam Honufr. in Plat. in vita Cornelij pp. I. Stat. 11. pag. 90.
tom. 3. ad ann. 324.
Romæ inſtaurat. lib. 1. pag. 7. 8. nu. 50. et 51.

Item dicimus non benè Romanum Auctorem, & Canoni-
cum huius Baſilicæ adnotaſſe, vel deſcripſiſſe: opus quippe erat
ante, adnotare cauſam, & quomodo acciderit depoſitio corpo-
rum ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli in Catacumbis, &
à quo fuerint ibi collocata; & poſteà pertractare hiſtoriam, quam
ipſe deſcripſit, ſicut fecit S. Gregorius Papa ad noſtram doctri-
nam: [Quod ſi cuncta, inquit, quæ in B. Petri Eccleſia geſta ſunt,
euoluere quis conetur, ab omnium iam proculdubio narratiō-
ne conticeſcet; nam Baſilicam in monte Vaticano non ita no-
bilis ſtructuræ (vt tradit Damaſus Papa) primus ædificauit ſub C
ipſa beati Petri Apoſtoli morte Anacletus Presbyter S.R.E. ab eo-
dem Petro ordinatus, & quartus ab eo poſtea Pontifex Romanus
creatus, iuxta viam Triumphalem Caij, ad Neronis Circum; quo
loco idem Apoſtolus Neronis iuſſu pedibus in ſublime eleuatis,
cruci affixus fuerat.] Et Gregorius Papa IX. in Epiſtola quadam
ſcribit, Baſilicam beati Petri Apoſtoli, vtpote tempore omnibus
priorem, ita etiam honoris dignitate præſtantiorem eſſe.
Idem verò Anacletus poſtea Pontifex factus inſtituit, vt reliqui
Epiſcopi Romani, ibi loci ſepulturæ traderentur. Sic Linus, Cle-
tus, ipſe Anacletus, Euariſtus, Xiſtus, vt Honufrius cenſet. Itaque
clarè videtur, ante Conſtantinum Magnum Imperatorem hoc D
loco Beati Petri fuiſſe Eccleſiam, vt habemus ab ipſo Dama-
ſo, cuius verba ſuperiùs adnotauimus. Hanc veritatem hiſtoriæ
non ſolum per Damaſum Papam, ſed etiam per omnes, qui de
vitis Romanorum Pontificum ſcripſerunt, ſine vlla dubitatione
affirmamus. Et hæc ſatis circa adnotationem hoc loco: quo-
niam nonnulla alia ſcribi poſſent, quæ breuitatis cauſa relinqui-
mus.

S. Greg. pp. Dialog. lib. 3.

Vide Anaſt. Bibl. in vita Anacl. pp.
Vide Martyrolog. Bed. iij. Kal. Iulij.

Greg. pp. 9. epiſt.

Anaſt. Bibl. in vita Anacl.
De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 40.

Vide Damaſ. Plat. Honuf. et omnes in vita ſancti Petri, et præcipue Baron.

De

A

De Remiſsione Dedicationis huius Baſilicæ. II.

ET quia ſolempnitas maxima eſt, maximā remiſſionem Apoſtolica prouidentia omnibus ad eam deuotè venientibus condonauit. Quæ videlicet remiſſio, Apoſtolica prouidentia, ſic tripartita diſtinguitur: vt Romanis, & circumadiacentibus vnius anni: Tuſcis, Lombardis, & Apulis, & cæteris mare non tranſeuntibus, duorum annorum: ſed & his, qui maria tranſmeare noſcuntur, trium annorum maneat remiſſio peccatorum. Similis eademque remiſſio facta probatur in hac Beati Petri Baſilica in Cœna Domini: quando conſecratur ibi ſanctum Chriſ-
B ma in Aſcenſione Domini ſimiliter.

ADNOTATIO.

HAnc hiſtoriam à Presbytero noſtro Romano deſcriptam, illuſtrat Vgonius in ſua de Stationibus Romæ hiſtoria; vbi eruditè de remiſſione huius ſacroſanctæ Baſilicæ tractat: & Honufrius de eadem re optimè ſcripſit: & ante hos non breuiter Anaſtaſius Bibliothecarius, qui loquutus eſt de conſecratione, aut dedicatione huius ſacræ Baſilicæ à Silueſtro Papa I. facta xiv. Kal. Decembris, maxima cum pompa, ſolemni, religioſoque ritu, qui multa ornamenta, ex argento, auroque donauit, maxi-
C miſque prouentibus auxit, vt Anaſtaſius loco citato.

Vgon. ſtat. 11.

De 7. Vrb. Eccleſ. pag. 55.

Anaſt. in vita ſancti Silueſtri pp.

Quòd in Beati Petri Baſilica tantum vigilantur Pallia, quæ Dominus Papa mittit Archiepiſcopis. III.

ET quoniam hæc ſacroſancta Dei, & Beati Petri Baſilica eſt fundamentum, & caput omnium aliarum Eccleſiarum, di-
D cente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam: & tu vocaberis Cephas, id eſt, Caput, quadam prerogatiua, in ea tantum vigilantur Pallia, quæ Dominus Pontifex Romanus mittit Patriarchis, & Archiepiſcopis per vniuerſum orbem conſtitutis. Et inde eſt, quòd Legatus S. R. E. dicit: Accipe pallium de corpore B. Petri ſumptum, in plenitudinem officij tui. Itaque cùm vigilamus Pallia, facimus ſolempnes vigilias in confeſſione Beati Petri, cantantes vigilias, quas conſueuimus cantare in feſto eiuſdem Apoſtoli. Et de antiqua conſue-

De hac Baſilica vide Anaſtaſ. in vita Anaclet. pp.

Honufr. de 7. vrbis Eccl. c. 4. in principio, et pag. 50. 51.

S. Matth. c. 16.

Vide Honufr. cap. 4. circa medium.

tudine habemus, ad bibendum, de Confeſſione abundanter, A
optimum claretum. Qualiter debemus pannos laneos, vnde
fiunt Pontificalia, ad beati Petri corpus vigilare, ſicut vidi ego
Presbyter Romanus, huius Sacroſanctæ Baſilicæ Canonicus, ad
poſteritatis memoriam ſcribo. Acceptis de Altari faculis, & ce-
reis ad legendas lectiones, & orationes vigiliarum, necnon in-
cenſo; circa ſero conueniunt Canonici ad Altare S. Leonis Papæ:
& Presbyter Ebdomadarius accipit ipſos pannos complicatos,
& inuolutos in ſindone, præcedentibus tam manſionarijs cum
incenſo, & faculis accenſis, quàm Canonicis, intrat ad corpus
beati Petri, & ponit eos ſupra altare, & faculę ante altare ponun-
tur. Tunc Chorus, cuius eſt cantus, incipit antiphonam: Si dili- B
gis me Simon Petre, & reliqua, cum ſuis pſalmis; verſic. Tu
es Paſtor ouium: Tres lectiones leguntur in libro Stationali: Pe-
trus, & Ioannes aſcendebant in Templum: & cantatis duobus
reſponſorijs, quæ voluuntur de ſancto Petro, deinde ſequitur,
Te decet laus: & oratio, Deus qui beato Petro Apoſtolo tuo col-
latis clauibus. Sic reportantur ſicut allata fuerunt. Si altero die
cantatur Miſſa ſuper Maiori Altare, ponantur ibi: & poſt com-
pletam Miſſam tollantur. Sin autem, reddantur miſſo Domini
Papæ. Et dantur Canonicis, quoties has vigilias celebrant, tres
ſolidi prouinienſes pro clareto: faculę verò Camerario Canoni-
corum remanent, quæ de Altaris communi cum cereis, & incen- C
ſo, & prouinienſibus dantur. Sic vidi tempore Domini Cęleſtini
Tertij Papæ fieri: ſic ſcio factum per ſocios, & dominos meos
tempore Domini Clementis Tertij Papæ: ſic etiam in ſecundo
anno eiuſdem Pontificis, Indictione decima, menſis Martij
die 30. quæ fuit tunc feria ſecunda ante Paſcha.

ADNOTATIO.

PRo confirmatione eorum, quæ de beati Petri Baſilica, huius auctoris habet hiſtoria, inuenimus in antiquis inſcriptionibus hoc Epitaphium, quod iudicauimus nõ indignum hoc loco.

D

Quidnam igitur mirum, magno ſi culmine Petro
  Quolibet exiſtant ædificata loco?
Et cùm ſit toto celebrata Eccleſia mundo,
  In fundamento fixa Petro maneat?
Namque illum Deus ipſe, caput qui corporis extat,
  Propterea Petræ nomen habere dedit.
Dicens, Eſto Petrus; quoniam fundabo ſuper te,
  Quam mihi nunc toto molior orbe domum.

In

A In te per cunctas ſtat firma Eccleſia gentes,
Vincit & inferni carceris Imperium.
Clauibus hiſce dedit Cælorum claudere portas,
Et reſerare dedit pro meritis hominum.
Quæcumque in terris fuerit ſententia Petri,
Hæc erit in Cælis ſcripta, notante Deo.
Dixit enim: Tu ſis magno mihi nomine Petrus,
Et tibi cælorum fortia clauſtra dedi.
Hac ditione potens terra, cæloque Petrus ſtat,
Arbitrer in terris, Ianitor in ſuperis.

B De vſu, & auctoritate pallij pertinebat ad noſtrum auctorem verba facere, necnon de origine huius pallij, & nonnullis alijs, quæ ad auctoritatem, & vſum pallij attinent: Sed quando ab eo ſunt prętermiſſa, de his vide Gregorium Papam IX. in Decretalibus, vbi hęc materia fuit diuiſa in ſeptem capitula, in quibus nonnulla habentur de dignitate, & vſu pallij, cum quibuſdem alijs ad hanc materiam pertinentibus. Lib. 1. tit. 8. decret.

Et apud Ioannem Stephanum Durantum de Ritibus Catholicæ Eccleſię; vbi ait: [Non impropriè indumentum, quod honoris gratia Pontifices Romani indulgere ſolent Archiepiſcopis, & Patriarchis, inter ſacrificandum communi pallio breC uius, Pallium dicitur. Pallia enim tunicæ imponebantur. Inde vetus illud prouerbium: Tunica pallio proximior. Gręcè pallium appoſitè appellatur. περιβόλαια verò, authore Polluce lib. 7. cap. 13. ſunt exteriores veſtes, quæ ſuperinduuntur. Quare cùm ſuper omnia indumenta pallium Archiepiſcoporum induatur, non male pallium appellatur. Porrò pallij origo antiquiſsima eſt. Auctor vetus rituum Eccleſiæ, ſeu ceremoniarum S. R. E. lib. 1. tit. 10. cap. 5. ex Maximo Epiſcopo, homil. de veſte ſacerdotali, & Euſebio Ceſarienſe ſermone de Epiphania, docet in lege gratiæ, antiquum eſſe illud noſtrum ephod, id eſt, pallium, quod à Lino poſt Petrum ſecundo Romano Pontifice inſtituD tum, & in ſingulare poteſtatis priuilegium noſtris Præſulibus datum fuit. Rupertus Tuitienſ. lib. 2. de diuinis officijs cap. 27. ſcriptum reliquit, Maternum à Diuo Petro miſſum Treuerenſi Eccleſiæ hæreditatem pallij ſuis ſucceſſoribus reliquiſſe. Pergit autem vetus auctor rituum Eccleſiaſticorum cap. 5. petitionis pallij formam exarare his verbis: Ego N. electus Eccleſiæ N. inſtanter, inſtantius, & inſtantiſſime peto, mihi tradi, & aſſignari pallium de corpore ſancti Petri ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officij. De corpore verò ſancti Petri ſumptum dici ſolet,

Lib. 2. cap. 9. nu. 43.
Lib. 7. cap. 13.
Vetus Ritual. Eccl. cerem. S. R. E. lib. 1. tit. 10. cap. 5.

quoniam pallia confecta deferuntur ad Baſilicam Principis Apo- A
ſtolorum, & per Canonicos Baſilicæ ponuntur ſuper corpora Petri & Pauli Apoſtolorum ſub altari Maiore, vbi factis vigilijs, per noctem dimittunt. Deinde reſtituunt Subdiaconis, qui in loco honeſto ea conſeruant. Hęc auctor lib. ſac. Cerem. R. E. cap. de pallio. Eadem ferè ratione ſanctus Gregorius ſcribit, ſe ſanctiſſimam clauem à ſancti Petri corpore tranſmittere lib. 1. epiſt. 30. & 39. & lib. 6. epiſt. 23. & lib. 7. epiſt. 1 26.] & quæ ſequuntur.

IIII. De excellentia huius ſacroſanctæ Baſilicæ.

B

QVia igitur totus orbis terrarum huic ſanctiſſimę Dei, & beati Petri Apoſtoli Baſilicæ, cui Chriſtus commiſit oues ſuas, dicens, Paſce oues meas, debitę ſubiectionis exhibet obſequium; multi ex diuerſis mundi partibus ob eiuſdem reuerentiam Apoſtoli hic conueniunt oratores: quibus neſcientibus, vel ignorantibus quot, & quæ precioſæ reliquiæ in hac ſancta beati Petri Baſilica requieſcunt, per iſtarum litterarum inſinuationem cognitum eſſevolumus. Saltem quando hic conueniunt ad exorandum Dei filium Dominumque IESVM CHRISTVM, & eius Beatam Genitricem ſemper Virginem MARIAM, & ſanctos Apoſtolos Chriſti, & alios Sanctos, & Sancta$s$; pro re- C
miſſione peccatorum ſuorum, pro ſocietate ſupernorum Ciuium, & ſanctarum animarum, eos deuotè exorent.

ADNOTATIO.

DE excellentia, atque præſtantia huius ſacroſanctæ Baſilicæ beati Petri Apoſtolorum Principis, Romanus noſter vix aliquid attigit, & multi auctores, ſanctique Patres idem aggreſsi, pauca tamen dixerunt, ſicut proprio ore confeſſi ſunt. Et ſanè Anacletus Pontifex factus inſtituit, vt reliqui Epiſcopi Romani in hac Baſilica humarentur. Hìc Linus, Cletus, ipſe Anacletus, Euariſtus, & multi alij Sancti Pontifices (de quibus D
infra dicemus) eodem loco ſepulti traduntur ab Anaſtaſio. Caius quidam ſcriptor Eccleſiaſticus, qui cum ſancto Zephirino Papa, Victoris ſucceſſore, aduerſus Proculum hæreſis Cataphrygum principem diſputauit de locis, in quibus ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli corpora poſita ſunt. [Tabernacula, ſiue cæmeteria (inquit) Apoſtolorum trophæa perſpicue poſſum oſtendere. Nam ſi lubet ad Vaticanum proficiſci, aut in via, quæ Oſtienſis dicitur te conferre; Trophæa eorum, qui iſtam Eccleſiam

Honufr. de 7. vrb. Eccl. cap. 4. circa fin. pag 50. 51. et 52.

Vide Anaſt. in vita Greg. pp. II. de excell. huius Baſil. Bar. ad ann. 725.

De præſtant. huius Baſil. vide Dialog. B. Greg. pp. lib. 3.

A ſiam ſuo ſermone, & virtute ſtabiliuerunt, inuenies.] Quibus ex vtraque parte ſtatutis, Romana communiter Eccleſia, vetuſtiſſimam ſancti Petri memoriam, vt Anaſtaſius eam vocat, ſiue martyrium, vel confeſſionem (vt iam S. R. E. protonotarij, qui Grecè, Latineque res geſtas Martyrum ſcripſerunt) appellant. De confeſſione ſuo loco dicemus latius, & ſuperius nonnulla diximus. Euſebio lib. 2. c. 24. Vide Honufr. de 7. vrbis Eccleſ. cap. 4. pag. 44.

De huius Baſilicæ beati Petri in Vaticano præſtantia, & veneratione, Honufrius: [Magnæ (inquit) hæc Baſilica toto terrarum orbe venerationi perpetuò fuit; in qua præcipua quæque noſtræ Honufr vbi ſupra pag. 50.
B Religionis myſteria, & Romanæ Apoſtolicæ Sedis facta, celebrata leguntur. Hanc vnam prę cęteris gentes externæ cateruatim viſitare ſemper ſolitę fuerunt: nemoque Peregrinus in ea admitti ſolebat, niſi priùs rectę Fidei ſuę formulam attuliſſet. Pontificum, Imperatorum Auguſt. Regum, Clariſſimorum Virorum, Fœminarum; item ſanctorum hominum erga vnam hanc Baſilicam eximia perpetuo fuit reuerentia: de qua re multa, & maximè memoratu digna exempla extant. Donationes Ciuitatum, Prouinciarum, Regnorum factæ S. R. E. ſuper altare maius ſancti Petri factę ſunt. Eorum, qui ius Romę adminiſtrabant, & lege in damnatos ſtipendia agebant, de ſancti Petri Ec-
C cleſia tribuebantur.] Multa alia infra ſuo loco tractabimus.

Addamus etiam alia, quę Honufrius memoriæ conſignauit de beati Petri in Vaticano Baſilica [Rogationes, inquit, minores triduanę vltimæ; Rogationes maiores in die ſancti Marci Euangeliſtę. Litanię, alię ſupplicationes in caſibus vrgentiſsimis perpetuò ad ſanctum Petrum celebratę. Cleri ordines cuncti in ſupplicationibus ſequebantur eiuſdem Baſilicę Crucem, quę Stationalis vocabatur. Maior Pœnitentiarius S. R. E. Cardinalis, & minores Pœnitentiarij, qui maiores prętogatiuas habent, quàm alij qui in ea reſident, & ad eius aram maximam iuramentum prę-ſtabant. Rectores patrimoniorum S.R.E. nouiter inſtituti. Item Honufr. vbi ſupra pag. 51.
D Duces Eccleſiaſticę militię creati. Pontifex cenſus Regnorum, Prouinciarũ, & Ciuitatũ, ac ſolemnes proteſtationes in eiuſdem porticu ſuſcipere ſolebat. Epiſcopi Metropolitani obedientiam S R. E. ſuper Altari ſancti Petri iurabant: ex quo tantum pallia aſſumuntur pro Archiepiſcopis, & Patriarchis. Solemnes Epiſcoporum, Patriarcharum, Regum, Imperatorum, excommunicationes, abſolutioneſque, in hac vna Baſilica celebrari ſolebant. Cuius limina deuotionis, & ſubiectionis ergo Epiſcopi, ex debito viſitant. Et in hæreſim lapſi ſuos errores in ea abiurare ſolebant. Reges quoque, ſi id opus eſſet, ſuper Altare maiori ſo- Porticus Baſilicæ.

lemnia iuramenta præſtabant. Quos ſi Romæ coronari conti- A
giſſet, non alibi ea celebritas, quàm in hac Baſilica, fiebat. Certe
Petrus Aragonum Rex ab Innocentio Tertio; Carolus Primus
Siciliæ Rex à Legatis Clementis Quarti; huius filius Carolus Se-
cundus à Nicolao Tertio; Carolus Tertius pronepos ab Vrbano
Sexto, in hac Baſilica coronati ſunt. Imperatores quoque in ea
tantùm Imperij diademata de manu Romani Pontificis ſuſcipe-
re ſolent; Qui ſi Romæ mortui ſunt, non niſi in ea ſepulchrum
habuere. In qua Honorius, Valentinianus Tertius, Otho Secun-
dus Auguſti, Maria Thermantia Honorij, Agnes Henrici Secun-
di vxores; Cedoaldus, & Offas Reges Anglorum, & alij multi
præclariſſimi viri, ſepulti ſunt. Sed & Romanus Pontifex deſi- B
gnatus ſolemne ſacramentum in Eccleſia ſancti Petri præſtabat,
de ſanctis fidei dogmatibus, vſque ad mortem tuendis. In ea tan-
tùm ipſe conſecratur, & coronatur. Eiuſdem rectæ Fidei confeſ-
ſio, dogmatica epiſtola incluſa, ex hac Baſilica ad omnes Chriſtia-
nos mittebatur.] Hæc Honufrius: qui non fecit hìc mentionem
de Sanctorum Canonizatione: de quibus nos dicemus, quæ vi-
dimus. A Siſto Quinto in hac parte Baſilicæ veteris fuit facta Ca-
nonizatio S. Didaci Ordinis Minorum de Obſeruantia S. Franci-
ſci, qui vocatur Aſſiſa, & Hiſpanica patria. Poſtea S. Raymundi
Hiſpani, Ordinis Prædicatorum, Canonizatio à Clemente Papa
Octauo; a quo etiam fuit celebrata in eadem Baſilica Canoniza- C
tio S. Hyacinthi Hodrouonski, Ordinis Prædicatorum, natione
Poloni. Hìc etiam facta eſt Canonizatio S. Franciſcæ Romanæ,
& S. Caroli Borromei Cardinalis, & Archiepiſcopi Mediolanen-
ſis, à Paulo Quinto. Celebrata etiam fuit Canonizatio in die ſan-
cti Gregorij Papæ die 12. Martij 1622. à Gregorio Decimoquin-
to Pontifice Maximo, S. Iſidori, natione Hiſpani. S. Ignatij Lo-
yolæ Cantabri, Societatis IESV Inſtitutoris, natione Hiſpani;
S. Franciſci Xauerij eiuſdem Societatis IESV, Indiarum Apoſto-
li, natione Hiſpani; S. Philippi Nerij Florentini de Congregatio-
ne S. Mariæ Vallicellæ; S. Tereſiæ Abulenſis Ordinis Montis Car-
meli, quæ fuit auctrix reformationis ex eodem Ordine, natione D
Hiſpanæ: & nouiſſimè ab Vrbano Papa Octauo fuit facta Cano-
nizatio S. Eliſabeth Reginæ Luſitaniæ, & S. Andreæ Corſini na-
tione Florentini, Ordinis Montis Carmeli, Dominica in Albis 22.
Aprilis 1629. De Sanctis liquet, Romanum Presbyterum, & Ca-
nonicum huius Baſilicæ in ſua deſcriptione pauca dixiſſe: quod
Beda Presbyter in ſua hiſtoria Anglicana luce clarius oſtendit,
quòd nihil ab auctore dictum ſit de frequentia, atque deuotio-
ne huius Baſilicæ in Vaticano; dum ſcribit: [Annum autem Re-
gis

Bed. lib. 5. c. 7. in hiſt. Anglicana. Ceadualię Reg. Angliç. peregrinat. baptiſmus, et obitus. Vide Paul. Diacon. lib 6. cap. 15.

A gis Alfridi tertio, Ceadualla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſime præeſſet, relicto Imperio propter Dominum, Regnumque perpetuum, venit Romam, hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, vt ad limina Beatorum Apoſtolorum fonte baptiſmatis ablueretur; cùm didiciſſet per hunc ſolum generi humano patere vitę cęleſtis introitum: ſimul etiam ſperans, quia mox baptizatus, carne ſolutus ad ęterna gaudia iam mundus tranſiret. Quod vtrumque, vt mente diſpoſuerat, Domino adiuuante, completum eſt. Etenim illò perueniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus eſt die ſancto ſabbati Paſchalis, anno ab Incarnatione Domini ſexcẽteſimo octuageſimo nono; & in albis adhuc poſitus, languore correptus, duodecimo Kal. Maij ſolutus eſt carne, & Beatorum eſt conſortio ſociatus in cęlis. Cui etiam, tempore baptiſmatis Papa memoratus, Petri nomen impoſuerat; vt Beatiſſimi Apoſtolorum Principis, ad cuius ſacratiſſimum corpus per longa locorum interualla pio ductus amore venerat, etiam ſanctiſſimum nomen referret: qui in eius quoque Eccleſia ſepultus eſt. Et iubente Pontifice, epitaphium in eius monumento ſcriptum eſt, vt & memoria deuotionis ipſius fixa per ſęcula maneret, & legentes quoque, vel audientes, exemplum facti ad ſtudium religionis accenderet.

Vide Bar. tom. 8. ad ann. 689.

B

Epitaphium ſepulchri Ceduallæ Regis.

C Culmen, opes, ſobolem, pallentia Regna, triumphos,
Exuuias, proceres, męnia, caſtra, lares.
Quęque patrum virtus, & quę congeſſerat ipſe
Ceadual armipotens, liquit amore Dei.
Vt Petrum, ſedemque Petri Rex cerneret hoſpes,
Cuius fonte meras ſumeret almus aquas
Splendificumque iubar radianti carperet hauſtu,
Ex quo viuificus fulgor vbique fluit.
Percipienſque alacer rediuiuę pręmia vitę,
Barbaricam rabiem, nomen & inde ſuum
Conuerſus conuertit ouans, Petrumque vocari
D Sergius Antiſtes iuſſit, vt ipſe pater
Fonte renaſcentis, quem Chriſti gratia purgans,
Protinus ablatum vexit in arce poli.
Mira fides Regis, clementia maxima Chriſti,
Cuius conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim veniens ſupremo ex orbe Britanni
Per varias gentes, per freta, perque vias.
Vrbem Romuleam vidit, Templumque verendum
Aſpexit Petri myſtica dona gerens

Candidus inter oues Chriſti ſociabilis ibit, A
Corpore nam tumulum, mente ſuprema tenet.
Commutaſſe magis ſceptrorum inſignia credas,
Quem Regnum Chriſti promeruiſſe vides.

HIC DEPOSITVS EST CEADVALLA
QVI ET PETRVS REX SAXONVM
SVB DIE DVODECIMO CALENDARVM MAIARVM
INDICTIONE SECVNDA
QVI VIXIT ANNOS PLVS MINVS TRIGINTA
IMPERANTE DOMINO IVSTINIANO
PIISSIMO AVGVSTO B
ANNO EIVS CONSVLATVS QVARTO
PONTIFICANTE APOSTOLICO VIRO
DOMINO SERGIO PAPA
ANNO SECVNDO

Beda lib. 5. cap. 7. vide Baron. tom. 8. ad ann. 689. vbi nõ nulla argumenta cũ alijs auctoribus dedidit.

Anaſt. in vita Adriani Leonis III. et IV. Sergij I. et aliorum Summorum Pontificum.

Tom. 6. ad an. 449.

Ipſe etiam Beda in eadem Hiſtoria commemorauit ſucceſſionem illius Regni in perſona Huidi ſanguine Regio, qui rexit illud Regnum per triginta ſeptem annos; & non ſolum venire ad limina ſanctorum Apoſtolorum Romam cogitauit, ſed etiam cum tota ſua familia ad Vrbem acceſſit, & apud ſancti Petri Apoſtolorum Principis Baſilicam ſuum diem obijt, vt Beda eſt C auctor loco citato. Hoc non eſt dubium, multos, imò plurimos Imperatores, Reges, Duces, & multos alios Principes, ſumma cum deuotione, atque pietate, religioneque ad Petri limina aduenisse ex ſuis regionibus: Carolum Magnum, Pipinum, Carolum Martellum; vt Anaſtaſius teſtis eſt. Lege etiam Baronium de frequentia Principum, qui veniebant deuotionis cauſa ad hanc Baſilicam ſancti Petri in Vaticano; qui de Valentiniano, vnà cum Eudoxia Coniuge Auguſta, & Galla Placidia ipſius Valentiniani Imperatoris matre: [Venerunt, ſcribit, ex more ad ſacra Apoſtolorum limina: qui Imperator ſcripſiſſe fertur etiam Domino Theodoſio Imperatori, pro Eccleſia D Romana] Hæc ſunt verba, quæ Baronius adducit: [Cùm aduenisſem in Vrbem Romam ad Diuinitatem placandam, ſequenti die ad Baſilicam Apoſtoli Petri proceſſi. Et illic poſt venerabilem noctem diei Apoſtoli, & a Romano Epiſcopo, & ab illis cum eo ex diuerſis Prouincijs congregatis, rogatùs ſum ſcribere veſtrę Manſuetudini.] Vnde apparet, quòd ſi nos hìc deſcribere vellemus omnes, qui cauſa deuotionis ad hanc Baſilicam ſe conferebant, nunquam ad finem huius, non ſolum annotationis, ſed nec voluminis

A luminis, perueniremus. Sed ſolum concludimus, quod ſuperiùs diximus, dictum eſſe ſine præiudicio eorum, quæ infra in alijs annotationibus annotabimus; & præcipuè de ſanctis reliquijs ſanctorum Apoſtolorum, & multorum ſanctorum Martyrum, ac Confeſſorum perfectorum, Iuſtorum, qui in hac Baſilica beati Petri requieſcunt.

De ſacris Corporibus, quæ in hac beati Petri Baſilica requieſcunt, & quibuſdam Altaribus Sanctorum. V.

B

SVnt itaque in hac ſancta Dei, & beati Petri Apoſtoli Baſilica, præter ſanctiſſimum Altare eius, in quo ipſe requieſcit, quorundam Sanctorum Altaria, vel potius Oratoria, quorum iſta ſunt nomina.

ADNOTATIO.

IN diſpoſitione huius Capituli prætermittit auctor ille Romanus Presbyter Altare maius ſanctorum Apoſtolorum, de quo meritò mihi videtur ſermonem debuiſſe facere ante deſcriptionem omnium aliorum Altarium Sanctorum, vnà cum Oratorijs. C Sed nos primò de Apoſtolorum Altari, vbi corpora ſacroſancta requieſcunt, agendum putamus cum Honufrio Panuinio, qui ſcribit: [Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus in epiſtola ad Leonem Papam ait: Sepulchra Apoſtolorum illuminant totum mundũ.]

De 7. vrbis Eccleſ. cap.4. pag.40.

De ſacroſancto hoc Altari, & de tota etiam Baſilica ſancti Petri Apoſtoli in Vaticano, à Conſtantino Magno Pijſſimo, ſemper Auguſto Imperatore ædificata, Baronius locutus eſt: ſed priùs Anaſtaſius Bibliothecarius in hæc verba: [Eodem tempore Conſtantinus Auguſtus fecit Baſilicam beato Petro Apoſtolo in Templo Apollinis. Cuius loculum, cùm corpus ſancti Petri recondidit, ipſum loculum vndique ex ære cyprio concluſit, quod eſt D immobile. Ad caput pedes quinque, ad pedes pedes quinque, ad latus dextrum pedes quinque, ad latus ſiniſtrum pedes quinque, ſubtus pedes quinque, ſupra pedes quinque. Sic incluſit corpus B. Petri Apoſtoli, & recondidit, & exornauit ſuper Columnas Porphyreticas, & alias Columnas tres tyneas, quas de Græcia perduxit. Fecit autem Cameram Baſilicæ ex trimma auri fulgentem, & ſuper corpus B. Petri æs, & quod concluſit.]

Vide Anaſt. in vita S. Silueſtri Bar. to. 3. ad ann. 324.

De B. Apoſtoli autem ſepultura Diuus Gregorius Papa in epiſtola ad Conſtantiam Auguſtam à Baronio adducta tradit, ad

Greg. epiſt. 30. lib. 3. regiſtr. ad Conſtantiam Aug.

quindecim pedes extra Petri ſepulchrum, fuiſſe deſuper locum A
illum argento contectum: quod cùm ipſius præceſſor mutare
voluiſſet, apparente ſigno quodam, non paruo terrore abſterritus, ab huiuſmodi conſilio deſtitit. At rurſum hæc in libello: [Fecit & Crucem auream pretioſiſſimam, pondere librarũ centum quinquaginta, in menſuram loci, vbi ſcriptum hoc eſt. CONSTANTINVS AVGVSTVS, ET HELENA AVGVSTA HANC DOMVM REGALI SIMILI FVLGORE CORVSCANTEM AVRO CIRCVMDANT. Scriptum ex literis nigellis in cruce. Fecit autem Candelabra ex aurichalca in pedibus decem, numero quatuor, argento concluſa cum ſigillis argenteis. Actus Apoſtolorum, penſ. ſinguli libras trecen- B
tas. Calices aureos tres, cum gemmis prainis, & hyacinthinis ſinguli, qui habent gemmas quadragintaquinque; penſ. ſinguli libr. duodecim. Metretas argenteas duas, penſ. libr. 200. Calices argenteos viginti, penſ. ſinguli libras decem. Amas aureas duas, penſ. ſing. libr. 10. Amas argenteas quinque, penſ. ſing. libr. 20. Patenam auream cum turre, & columba, ex auro puriſſimo, ornatam gemmis prainis, & hyacinthinis, & margaritis ſmaragdinis, numero ducentis & quindecim, pondere librarum triginta. Patenas argenteas quindecim, ſingulas librarum quindecim. Coronam auream ante corpus, vbi eſt Phamecantharus, cum Delphinis quinquaginta, qui penſ. libras triginta quinque. C
Phara argentea in Gremio Baſilicæ 32. cum Delphinis, penſ. ſing. libras decem. Ad dexteram Baſilicæ Phara argentea triginta, penſ. ſing. libr. octo. Ipſum Altare auro, & argento clauſum, cum gemmis prainis, & hyacinthinis, & albis, ducentis decem ornatum vndique, penſ. libr. 350. &c.]

Anaſt. in vita ſancti Silueſtri.

De vaſe, & ornamento. Hæc ſunt illa ipſa Baſilicæ S. Petri ſacra vaſa, quæ poſt octoginta ſex annos, cùm ab Alarico Vrbs capta eſt, occultata apud ſacram Virginem, & inuenta; vt tradit Oroſius; præ magnitudine, pulchritudine, pondere, & diuerſitate, Gothorum animos in admirationem traxerunt, & ab eiſdem non ſine Numinis prouidentia, cum honore eidem Baſi- D
licæ reſtituta ſunt.

De redditibus, & donis, quæ obtulit Conſtantinus Auguſtus B. Petro Apoſtolo, infra ſuo loco dicemus; non ſolum de corporibus Sanctorum, quæ in hac Baſilica requieſcunt, & aſſeruantur; ſed etiam de Altari ipſorum Sanctorum, & Oratorijs, iuxta ordinem Authoris Romani.

Vide Honufr. de 7. vrbis Eccl. c. 4. p. 42. et Anaſt. in vita Gregorij pp. III.

Et primùm de Oratorio B. Mariæ, quod eſt in Choro Canonicorum; quoniam ſuperiùs de Altari B. Petri Principis Apoſtolo-

rum

A rum nonnulla tetigimus; meritò ſequi debet Oratorium iſtud, quod eſt membrum, & pars huius Baſilicæ.

De Oratorio Beatæ Mariæ, quod eſt in Choro Canonicorum. VI.

IN Choro Canonicorum eſt Altare, ſiue potius Oratorium B. Mariæ Matris Domini noſtri Ieſu Chriſti: in quo Oratorio beatæ recordationis Gregorius Papa Tertius recondidit in honorem Saluatoris, ſanctæque eius Genitricis, reliquias ſanctorum Apoſtolorum, & multorum ſanctorum Martyrum, ac Confeſ-
B ſorum, perfectorum iuſtorum, toto Orbe terrarum requieſcentium. Inter quas, vt à noſtris maioribus accepimus, recondidit corpus ſancti Gabinij Presbyteri, cuius Altare manſit ibi vſque ad tempora noſtra. Nam tempore Domini Eugenij Tertij Papæ, quando eius præcepto ereximus iſtud Altare ibi, duo Altaria ibi erant: Altare videlicet S. Gabinij Presbyteri, ad quod Sardinia, & Corſica tributum annualiter mittebant: & Altare B. Mariæ ſemper Virginis, quod prænominatus Dominus Gregorius Papa Tertius fecerat, & conſecrauerat. Sub quibus Altaribus inuenimus tres ſepulturas, ferro, & plumbo optime ligatas. Quæ etiam Altaria cancellis æneis circumdedit. In quo etiam Oratorio ima-
C ginem B. Mariæ ſemper Virginis, Filium amplexantis, poſuit. Supra quam Imaginem fecimus loculum tempore Domini Alexandri Tertij Papæ, in quo honorificè cum Romano Clero poſuimus dextrum armum B. Stephani Protomartyris, quod Dominus Pelagius Papa huic Baſilicæ donauit; ſicut in translatione eius de Conſtantinopoli Romam facta habetur.

Honuf. de 7. vrbis Eccl. cap. 4. pag. 42. Anaſt. in vita Greg. pp. Tertij.

Vide Suriū in tranſlat. ſancti Stephani Protomart.

ADNOTATIO.

PRo confirmatione huius hiſtoriæ, & declaratione, hæc verba ab Anaſtaſio ſumpta fuerunt, dum loquitur de hac Baſilica S. Petri in Vaticano. [Hic, inquit, fecit Oratorium intra ean-
D dem Baſilicam iuxta arcum principalem, parte virorum: in quo recondidit in honorem Saluatoris, ſanctæque eius Genitricis, reliquias ſanctorum Apoſtolorum, & omnium ſanctorum Martyrum, & Confeſſorum, perfectorumque iuſtorum, toto orbe terrarum requieſcentium. Quorum feſta vigiliarum à Monachis trium Monaſteriorum illic ſeruientibus, quotidie per ordinem exiſtentibus, cum natalium Miſſis in eodem loco celebrari inſtituit; & in Canone Miſſæ illud adiecit a ſacerdote dicendum: QVORVM SOLEMNITAS HODIE IN CONSPECTV

Anaſtaſ. in vita Gregor. III. ſumpta.

TVÆ MAIESTATIS CELEBRATVR, DOMINE DEVS NOSTER, IN TOTO ORBE TERRARVM. Quam inſtitutionem in eodem Oratorio tabulis lapideis conſcribere fecit. In quo faciens pergulam, contulit dona diuerſarum ſpecierum, id eſt, Gabathas aureas duas, alias ſaxicas numero quinque. Cruces pendentes numero quatuor, item Cruces ſimiles numero decem. Amulas ſuperauratas paria duo pendentes, fibulatoria numero quinque. Coronam auream cum Cruce pendentem, gemmis ornatam ſuper Altare. Patenam, & Calicem aureum par vnum cum gemmis. Aquamanile argenteum par vnum. Et imaginem ſanctiſſimę Dei Genitricis diadema aureum habentem cum gemmis; & collare aureum, cum gemmis pendentibus, inaureis habentes hyacinthinas ſex. Et faciem altaris, & confeſſionem cum regulis veſtiuit argento: & in tribus lateribus Altaris poſuit Cruces argenteas tres, penſ. in vnum libras triginta ſex. Caniſtra argentea duo. Calicem argenteum quotidianum, Coronulas argenteas numero quinque, & Calicem argenteum vnum, qui pendet in abſide ipſius Oratorij: & ſuper eandem abſidem Cruces argenteas tres, & cætera, quæ ad ornamentum pergulæ, ſeu ad veſtes Altaris ordinata ſunt.] Hæc Anaſtaſius, qui correxit Hiſtoriam cum augmento ipſius Hiſtoriæ ab Auctore noſtro Romano Canonico huius Baſilicæ conſcriptæ. Et Honufrius de hoc Altare, vel Oratorio ita ſcripſit: [Octauum Oratorium cum duobus Altaribus S. Mariæ, & S. Gabinij, ab eadem parte tranſuerſæ Crucis ſub arca maiore prope Chorum Canonicorum in media Cruce exiſtentem, fuit B. Mariæ à Gregorio III. fabricatum, dedicatum, pulcherrimiſque muſiui operis figuris condecoratum, & infinitis pene reliquijs Sanctorum; in his, corporibus B. Gabinij Presbyteri, & Petri Diaconi, cum quo ſanctus Gregorius Dialogorum librum ſcripſit, brachioque ſancti Stephani Protomartyris, ac aureis argenteiſque ornamentis locupletatum. In quo ipſe, Eugeniuſque Tertius, qui illud reſtituit, ſepulti fuere.

De 7. Vrbis Eccleſ. cap. 4. pag. 42.

A B C D

VII. Vbi requieſcant Dominus Gregorius, & Eugenius Tertij Papæ.

Honufr. de 7. Vrbis Eccl. c. 4. pag. 53. et Anaſtaſ. in vita Gregorij pp. Tertij. Plat. in vita eiuſdem pp. Tertij.

HIc itaque Summus Papa Gregorius Tertius requieſcit in loco illo, vbi nunc felicis memoriæ beatus Eugenius Papa Tertius requieſcit. Vbi etiam ad honorem eiuſdem Gregorij Papæ fuit erectus arcus optimo moſibo depictus, & permanſit arcus ille vſque ad tempora Domini Eugenij Tertij Papæ. De quo

habemus

A habemus in Epitaphio eiuſdem Gregorij hunc verſum.

TERTIVS HIC PAPA GREGORIVS EST TVMVLATVS.

In quo etiam ſepulchro deſuper recondimus venerabile corpus Domini Eugenij Tertij Papæ, octauo idus Iulij; & fecimus ei ſepulchrum ex diuerſis lapidibus.

Requieſcit etiam in eodem ſepulchro, vt audiuimus, Petrus Diaconus B. Gregorij I. Papæ, ad quem fecit librum Dialogorũ.

B De Actibus Domini Eugenij Tertij Papæ felicis memoriæ. VIII.

HIc ſanctiſſimus Præſul Eugenius Tertius Papa, quando celebrauit primam Miſſam in B. Petri Eccleſia, optulit ſuper venerabile Altare eius optimum ſerantaſmum ad Altaris ornatum: & ſemper cùm veniebat celebrare ſolempnia Miſſarum in hac ſancta Dei, & B. Petri Baſilica, non vacua manu veniebat; ſed ſatis deuotè offerebat, vel veſtem ſuper Altare, vel optimam caſulam, vel aliud Papale donum. Condidit quoque priuilegium, in quo conceſſit Canonicis huius Venerabilis Baſilicæ quartam partem totius oblationis, quæ venit in Eccleſia B. Petri, præter oblationem S. Leonis Noni Papæ. (Bar. tom. 12. ad ann. 1153.) C

Iuxta ſepulchrum Domini Eugenij requieſcit bonæ recordationis Domnus Adrianus Papa Quartus in optima Conca. Hic Benigniſſimus Præſul donauit Canonicis huius venerabilis Baſilicæ Caſtrum Valeranum in perpetuum, in Epiſcopatu Ciuitatis Caſtellanæ poſitum. Condidit etiam priuilegium Canonicis de Confirmatione Confeſſionis, necnon & priuilegium de libertate omnium noſtrarum Eccleſiarum, tam in Vrbe, quàm extra Vrbem poſitarum. Hic ſanctiſſimus Papa ſemper cùm veniebat celebrare Miſſam ad ſanctum Petrum, offerebat ſuper ſacroſanctum Altare eius, vel optimum pallium ad ornatum Altaris, vel candelabra argentea, vel aliud donum Papale. (De Adrian. pp. IV Bar. tom. 12. ad ann 1159.) (De donationib. huius Baſilicę factis vide Innocent. pp. III. epiſt. ad Archipreſbyt. Canonicos Apoſt. et in alia epiſt. ad Canonicos tantum Baſilicæ Apoſt. Principis pag. 133.) D

Ante huius ſepulchrum inuenimus duo corpora hominum in Chriſto quieſcentium, quorum nomina Deus ſcit.

ADNOTATIO.

PRo veritate huius hiſtoriæ à Romano Presbytero, & huius Baſilicæ S. Petri in Vaticano Canonico ſcriptæ, Baronius hoc priuilegium latius adnotauit, his verbis:

[Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Bernar-

do Presbytero Cardinali S. Clementis, & Eccleſiæ B. Petri Archipresbytero, atque cæteris eiuſdem Eccleſię Canonicis, tam pręſentibus, quàm futuris canonicè ſubſtituendis in perpetuum. A

Beatorum Petri & Pauli tam eminens eſt, & tam glorioſa ſocietas, vt & ambo ſint doctores gentium, auctores Martyrum, Principes Sacerdotum. Et cùm inter vniuerſos Apoſtolos peculiari quadam prærogatiua præcellant, æqualitatis in Cælo meritis diſparitatem non ſentiunt. Petro ab ipſo Saluatore noſtro Domino Ieſu Chriſto claues Regni Cælorum ſunt commiſſæ: Paulus à Deo electus eſt, vt de multitudine Gentium Regnum Cælorum impleat ſua prædicatione. Petrus petra eſt, & fundamentum Fidei, & ne ruamus, in ſoliditate nos firma ſubſtentat: Paulus, ne prauo hæreticorum dogmate vulneremur, moralitatis honeſtate, & inuincibili ratione fidei nos armat. Petrus principatum tenens ex poteſtate ligat, & ſoluit: Paulus diligens Prædicator, ne quid reprehenſibile, vel ligatione dignum in nobis appareat, mirabili nos exhortatione præmunit. Petrus firmamentum noſtrum eſt, ac domus fortitudinis, & in fide eius plantati, & radicati ſumus: Paulus Vas electionis prædeſtinatos à Deo, & electos, cæleſtis tubæ ſonoritate vocauit; & pro nobis ſine intermiſſione orans, ne à fide, & veritate deuiemus, apud Deum interueniendo, nos protegit. B

Cùm igitur hæc duo maxima luminaria, Dei Eccleſiam illuſtrantia, pari & amicabili ſplendore, & fraterno amore præfulgeant; æquitatis, & iuſtitiæ perſuadet ratio, vt nos, qui licet indigni, Chriſti vices in terris agimus, & in eiuſdem Apoſtolorum Principis Cathedra reſidere conſpicimur, domeſticam Beati Petri familiam paterno diligamus affectu, & pia eam prouiſione in ſuis neceſſitatibus adiuuemus. Huius itaque rationis debito prouocati, dilecti in Domino filij, quartam partem omniũ oblationum, quæ de Altari eiuſdem B. Petri Apoſtoli, & de arca, quàm de omnibus miniſterijs ipſius Eccleſiæ, præterquam de miniſterio B. Leonis, proueniunt, vobis ex conſenſu fratrum noſtrorum Epiſcoporum, & Cardinalium, Sedis Apoſtolicæ auctoritate concedimus, & præſentis ſcripti pagina confirmamus: Ita videlicet, vt ſemper cùm volueritis, facultatem liberam habeatis, eandem oblationem in veſtris manibus retinendi, atque cuſtodiendi, ſeu alijs, quibus valueritis, cum noſtro, atque noſtrorum ſucceſſorum conſenſu vendendi; ſalua in omnibus & alijs, & retenta in noſtris, & ſucceſſorum noſtrorum manibus, ipſius Eccleſiæ libera diſpoſitione, atque cuſtodia. C D

Hoc autem ideo facere dignum duximus, vt vos die ac no-

ctæ

A cte ſtudioſè in Dei laudibus deſudantes, tam in Miſſarum celebratione, quàm in Matutinis, & alijs horis, pro viuorum, atque defunctorum ſalute, attenta diligentia, & honeſtè decantandis, prædictam B. Petri Eccleſiam obſequio debito veneremini; & Dei fideles Apoſtolorum limina deuotione debita viſitantes, locum ipſum in maiori deuotione, ac veneratione ſemper habeant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum fas ſit huius noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu infringere, ſeu quibuslibet modis perturbare. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona id attentare præſumpſerit: ſecundo, tertioue commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfa-
B ctione correxeit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamq; ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſanctiſſimo Corpore, ac Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem hanc noſtram Conſtitutionem eidem loco ſeruantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & in futurum præmia æternę pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.

✠ Ego Eugenius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

C ✠ Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego Igmanus Tuſculanus Epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego Hugo Oſtienſis Epiſcopus ſubſcripſi.
✠ Ego Gregorius Presbyter Card. tituli S. Calliſti ſubſcripſi.
✠ Ego Guido Presbyter Card. tituli S. Chryſogoni ſubſcripſi.
✠ Ego Vbaldus Presbyter Card. tituli S. Praxedis ſubſcripſi.
✠ Ego Manfredus Presbyter Card. tituli S. Sabinæ ſubſcripſi.
✠ Ego Aribertus Presbyter Card. tituli S. Anaſtaſiæ ſubſcripſi.
✠ Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſ. ſubſcripſi.
✠ Ego Guido Presbyter Card. tituli Paſtoris ſubſcripſi.
✠ Ego Iordanus Presb. Card. tituli S. Suſannæ ſubſcripſi.
D ✠ Ego Octauianus Presbyter Card. tit. S. Cæciliæ ſubſcripſi.
✠ Ego Aſtaldus Presb. Cardinalis S. Priſcæ ſubſcripſi.
✠ Ego Rolandus Presb. Card. tituli S. Marci ſubſcripſi.
✠ Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tituli S. Srephani in Cælio Monte ſubſcripſi.
✠ Ego Ioannes Paparo Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Damaſo ſubſcripſi.
✠ Ego Ioannes Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Ioannis & Pauli tituli Pammachij ſubſcripſi.

✠ Ego Cencius Presb. Card. tit. S. Laurentij in Lucina ſubſcripſi. A
✠ Ego Henricus Presb. Card. tit. SS. Nerei, & Achillei ſubſcripſi.
✠ Ego Oddo Diac. Card. S. Georgij ad Velum Aureum ſubſcr.
✠ Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu ſubſcripſi.
✠ Ego Hyacinthus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin ſubſcripſi.
✠ Ego Ioannes Diac. Card. SS. Sergij, & Bacchi ſubſcripſi.
✠ Ego Gerardus Diac. Card. S. Mariæ in Via lata ſubſcripſi.
✠ Ego Odo Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano ſubſcr.
✠ Ego Bernardus Diaconus Cardinalis SS. Coſmę, & Damiani iuxta templum Romuli ſubſcripſi.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum per manum Boſonis S. R. E. Scriptoris, quarto Idus Aprilis, Indictione prima, Incarnationis Dominicæ anno milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio, Pontificatus verò Domini Eugenij III. Papæ anno nono. B

✠ Locus plumbi.]

De obitu Leonis Papæ IX. vide Leonem Oſtienſem, qui ait: [Manſit Beneuenti vſque ad menſis Martij duodecimum diem: Ibique infirmatus, vocato prædicto Comite Hunfrido Northmanno, haud pridem hoſte victore, modò obſequentiſſimo, Dei virtute famulo, ab eo Capuam vſque deductus eſt; ibi duodecim dies remoratus, accerſito tandem Abbate noſtro, ſui itineris ſocio, Romam redijt. Ibique poſt paucos dies ſancto fine quieuit. Ad cuius tumulũ plurima tunc temporis ſigna Chriſtus effecit.] C

Baron. tom. 11. ad ann. 1054.

Hæc Leo Oſtienſis. Pergit Baronius: [Eadem de miraculis etiam Hermannus eiuſdem temporis ſcriptor, qui & iſta de obitus die: Paſchali inſtante tempore Romam ægrotus reuerſus, inualeſcente in dies languore, glorioſo exitu cunctis prius benedicens, & admonitis valedicens, ſanctoque Petro peccata ſua confeſſus, & deuotè ſe illi commendans; xiij. Kalendas Maij obijt, & in Baſilica ſancti Petri iuxta ſepulchrum S. Papæ Gregorij ſepultus, miraculis claruiſſe memoratur. Hæc Hermannus.]

Baron. tom. 12. ann. 1153.

De obitu Eugenij Tertij: [Hoc eodem anno octauo idus Iulij, Eugenius Papam diem obijt Tybure, cum ſediſſet annos octo, menſes quatuor, & dies treſdecim. De quo iſta in vetere codice D Romanorum Pontificum Vaticanæ Bibliothecę: Et inde per ſtratam publicam, & mediam Vrbem, atque in Vaticanum, cum totius Cleri, & Populi Romani frequentiſſima turba, maximo luctu, communique omnium immenſa triſtitia deportatus eſt, & in ipſa B. Petri Eccleſia coram maiori Altari tumulatus. Hæc ibi de Eugenio Papa, quem pluribus illuſtratum miraculis teſtatur Gofridus huius temporis ſcriptor in fine vitæ S. Bernardi.]

De obitu Adriani Papæ IIII. Alexander Tertius in epiſtola ad

Epi-

A Epiſcopum, & Canonicos Bononien. Eccleſiæ, hæc habet, vt Baronius ait. [Porro cùm anteceſſor noſter bonæ memoriæ Adrianus Papa Kalendis Septembris Anagniæ debitum naturæ ſoluiſſet, & de terris ad Cælum, de imis migraſſet, Domino vocante ad ſuperna; eo Romam adducto, & pridie nonas Septembris in Eccleſia B. Petri, præſentibus fere omnibus fratribus, ſatis honeſtè, ſicut moris eſt, tumulato, &c.]

Tom. duodecimo ad ann. 1159.

De Altare ſancti Silueſtri. IX.

B IVxta ſepulchrum Domini Adriani Quarti eſt Altare S. Silueſtri Papæ, in quo, ſicut accepimus, brachium eius eſt reconditum. Requieſcit etiam Vigilius Papa, ſicut à maioribus noſtris accepimus, & etiam in pariete inuenimus ſcriptum.

ADNOTATIO.

NOn ſolum ipſe auctor Presbyter Romanus, nihil memoratu dignum de hoc Altare S. Silueſtri memoriæ mãdauit, ſed etiam Honufrius ſecutus eſt; cuius ſunt verba: [Huic proximum ſeptimum fuit Altare S. Silueſtri, in quo eiuſdem brachium reconditum fuit, & corpus Vigilij Papæ.] Et in vetere veſtigio legimus: [ALTARE S. SILVESTRI PAPÆ. VBI VIGILII, C ET ADRIANI QVARTI SEPVLCHRA.] De ſanctiſſimo Vigilio Papa inuenimus cum huiuſmodi carminibus.

MOENIBVS VNDISONIS BELLORVM INCENDIA CERNENS
PARS EGO TVNC POPVLI TELA PAVENTIS ERAM.
PVBLICA LIBERTAS, VIGILI SANCTISSIME PAPA,
ADVENIS INCLVSO SOLVERE VINCLA GREGI.
DE GLADIO RAPIVNTVR OVES, PASTORE MINISTRO,
INQVE HVMERIS FERIMVR, TE REVOCANTE, PIIS.
CORPOREVM SATIS EST SIC EVASISSE PERICLVM:
MIHI PLVS ANIMÆ NASCITVR INDE SALVS.
D ECCLESIAM SVBEO, DIMISSA NAVFRAGVS AVLA,
PERFIDA MVNDANI DESERO VELA FRETI, &c.
TE DVCE, TYRO LEGO, TE DOGMATA DISCO MAGISTRO:
SI QVID AB ORE PLACET, LAVS MONITORIS ERIT.

Bar. tom. 7. an. 544.

Vigilij opera Vrbs liberata.

Ad finem verò hæc habet.

Non bene locutus eſt, vt mihi videtur, Presbyter Romanus de ſepulchro huius ſanctiſſimi Pontificis Vigilij, qui mortuus eſt in Eccleſia Syracuſana Siciliæ Regni. Auctor eſt Anaſtaſius, qui ita loquutus eſt. [Tunc dimiſit omnes cum Vigilio, & venerunt

Anaſt. Bibl. in vita Vigilij pp.

in

in Siciliam in Ciuitatem Syracuſanam, & ex multa afflictione calculo dolorem habens, defunctus eſt Vigilius. Cuius corpus ductum eſt Romam, & ſepultum eſt ad S. Marcellum via Salaria in Cimiterio Priſcillæ.] A

X. De Altare ſancti Mauritij Martyris, & eius dignitatibus.

Vide Honufr. de 7. vrbis Eccleſ. cap. 4. pag. 42.

IVxta hoc Altare per directum eſt Altare S. Mauritij Martyris; ad quod ſcilicet Altare, de antiqua conſuetudine Romanorum Imperatorum, à Dominis Epiſcopis Cardinalibus benedicitur, & vngitur. Ad Altare verò maius B. Petri, à Domino Papa benedicitur, & coronatur: & de ſacroſancto Altari eius per manus Romani Pontificis ad defendendã Eccleſiam gladiũ accipit. B

ADNOTATIO.

DE hoc Altari Honufrius numero 6. hæc habet. [Subſequebatur in eadem cruce orientem verſus ſacellum, & Altare S. Mauritij. Cuius illa ſingularis erat dignitas, quòd Imperator deſignatus, antequam ad Altare ſancti Petri à Romano Pontifice coronaretur, ibi primum ab Epiſcopis Cardinalibus inungi, & benedici ſolebat.] Et in veteri veſtigio huius ſacroſanctæ Baſilicæ hæc verba legimus, C

ORATORIVM S. MAVRITII, AD QVOD IMPERATOR ET IMPERATRIX, AB EPISCOPIS CARDINALIBVS BENEDICVNTVR, & ET IN BRACHIO DEXTERO OLEO SANCTO VNGVNTVR, ANTEQVAM A ROMANO PONTIFICE CORONENTVR. Et hoc de Altari ſufficiat.

XI. De Oratorio ſancti Leonis IIII. Papæ.

ANte Altare S. Mauritij, iuxta aditum, qui vadit ad ſanctum Martinum poſt ſanctum Petrum, eſt Oratorium S. Leonis D Papæ Quarti. In quo ſicut ſæpe à noſtris maioribus accepimus, videlicet à Domino Presbytero Cencio Priore, & Domino Chriſtiano, ſanctæ recordationis Dominus Paſchalis Papa Secundus corpus beati Leonis Papæ Primi, & Secundi, & Tertij, & Quarti recondidit: ſicut etiam multi noſtrorum viderunt. Hic ſcilicet Leo Papa Quartus vixit in Monachali propoſito longo tempore in Monaſterio ſancti Martini poſt ſanctum Petrum, ad ſeruitium eiuſdem Apoſtoli. At hinc aſſumptus Presbyter Cardinalis eſt

ordi-

A ordinatus de Eccleſia Sanctorum Quatuor Coronatorum. Poſt
non multum tempus Apoſtolicus factus, Eccleſiã beati Petri, quæ
nutriuerat eum lacte, per omnia dilexit, magniſque beneficijs
honorauit. Nam optimum ciborium de argento ſuper ſacroſan-
cto Altari eius ex columpnis argenteis fieri fecit. Arcam quoque
Altaris intus & extra deargentauit: & non tantùm ſacram beati
Petri Confeſſionem, verùm etiam frontem prædicti Altaris ſatis
decenter, & honorifice perornauit. Nam tabulam de auro &
ſmalto, penſantem ccxvj. libras auri fecit fieri: in qua vetus &
nouum Teſtamentum continebatur: & poſuit eam in fronte
Altaris; quam etiam & nos vidimus. Crucem quoque de auro
B puriſſimo, ex diuerſis gemmis, hyacinthis ſcilicet, & albis, ex
ſmaragdis ornatam, miræ magnitudinis; & poſuit eam iuxta ve-
nerabile Altare B. Petri parte dextera, penſantem milie libras au-
ri optimi: & permanſit ibi vſque ad tempora noſtra. Fecit & Ima-
ginem Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in throno ſedentis,
cum duobus Angelis circa ſe; necnon & viginti alias imagines
de argento circa eam: & poſuit eas ante Altare ſuper colump-
nas vitrineas. Fecit quoque quadraginta caniſtra argentea, id eſt,
coronas argenteas, in quibus lampades appenderentur, à pe-
ctoralibus, ſcilicet, ante Altare, vſque ad Crucifixos. Nec non
& Crucem auream magnam ad Altare ſanctorum Apoſtolorum
C Symonis, & Iudæ, penſantem cc. libras. Ab alia parte Eccleſiæ,
ad Altare, videlicet, ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iaco-
bi, magnam Crucem de argento penſantem ducentas libras.
Portam quoque mediam tabulis argenteis totam decorauit.
Vnde vſque hodie dicitur Porta Argentea; quam etiam, & nos
vidimus. Donauit etiam Canonicis Beati Petri Caſtrum Buue-
giam de proprio patrimonio. Condidit quoque magnum pri-
uilegium carticinium Canonicis in perpetuum Eccleſiam Salua-
toris, quæ eſt poſita in Turrione: quam ſi quidem Eccleſiam bea-
tus Pontifex ad ſepulturam omnium peregrinorum Vltramonta-
norum fecerat. Et Eccleſiam S. Iuſtini poſitam in Monte Sacco-
D rum, quam fecerat ad ſepulturam omnium peregrinorum Lati-
norum. Necnon & Eccleſiam ſancti Peregrini extra Ciuitatem
Leoninam poſitam, cum tenimentis ſuis. Et Eccleſiam beatæ
Mariæ in Palazolo poſitam. Et Eccleſiam ſancti Georgij Marty-
ris poſt ſanctum Petrum poſitam. Multa quoque alia, quæ in
præfati beati Petri Baſilica idem ſanctiſſimus Præſul fecit, poſſe-
mus ſcriptis mandare: ſed non oportet; quoniam liber Pontifi-
calis manifeſtiſſime indicat. Huius ſanctiſſimum corpus requie-
ſcit in Altari ſuo, quod eſt, vt ſupra diximus, iuxta aditum, qui
vadit

vadit foras ad S. Martinum poſt S. Petrum. In quo etiam Altari, A
vt a noſtris maioribus ſæpe accepimus, requieſcit beatus Leo Papa Primus, & II, III, & IV.

ADNOTATIO.

Vide Anaſt. Bibliot. Ciac. de vitis Romanorum Pont.fic. in eorum vita.

DE his Leonibus Romanis Pontificibus multa præclara ſumma cum pietate ſunt dicenda. Et primum de Leone Primo Anaſtaſius aliquid adnotauit, dum in vita ipſius Leonis dicit: [Hic conſtituit Monaſterium apud B. Petrum Apoſtolum, quod Ioannis, & Pauli nuncupatur, &c. Hic conſtituit ſuper ſepulchra Apoſtolorum cuſtodes, qui dicuntur Cubicularij, & nunc temporis Capellani ex clero Romano.] Et multa alia, quæ breuitatis cauſa prætermittimus: ſed ſolum hic adnotauimus epitaphiũ in eius translatione à Sergio Papa factum, quod ſic ſe habet. B

Vide Bar. tom. 12. in append. pag. 919.

HVIVS APOSTOLICI PRIMVM EST HIC CORPVS HVMATVM,
QVOD FORET ET TVMVLO DIGNVS IN ARCE PETRI.
HVNC VATVM, PROCERVMQVE COHORS, QVOS CERNIS ADESSE,
MEMBRA SVB EGREGIA SVNT ADAPERTA DOMO.
SED DVDVM VT PASTOR MAGNVS LEO SEPTA GREGEMQVE
CHRISTICOLAM SERVANS, IANITOR ARCIS ERAT.
COMMONET E TVMVLO, QVOD GESSERAT IPSE SVPERSTES, C
INSIDIANS NE LVPVS VASTET OVILE DEI.
TESTANTVR MISSI PRO RECTO DOGMATE LIBRI,
QVOS PIA CORDA COLVNT, QVOS PRAVA TVRBA TIMET.
RVGIIT, ET PAVIDA STVPVERVNT CORDA FERARVM,
PASTORISQVE SVI IVSSA SEQVVNTVR OVES.
HIC TAMEN EXTREMO IACVIT SVB MARMORE TEMPLI,
QVEM IAM PONTIFICVM PLVRA SEPVLCHRA CELANT.
SERGIVS ANTISTES DIVINO IMPVLSVS AMORE
HVNC IN FRONTE SACRÆ TRANSTVLIT INDE DOMVS.
EXORNANS RVTILVM PRETIOSO MARMORE TVMBVM,
IN QVO POSCENTES MIRA SVPERNA VIDENT. D
ET QVIA PRÆMICVIT MIRIS VIRTVTIBVS OLIM,
VLTIMA PONTIFICIS GLORIA MAIOR ERIT.

Pergit Anaſtaſius de ſancto Leone Papa Primo:] Hic renouauit poſt cladem Vandalicam, omnia miniſteria ſacrata argentea per omnes titulos conflata, hydrias ſex, duas Baſilicæ Conſtantinianæ, duas Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, duas Baſilicæ B. Pauli Apoſtoli: quas Conſtantinus Auguſtus obtulerat, quæ penſauerunt ſingulæ libras centum. Quæ omnia vaſa renouauit ſacrata.

Vide Plat. in vita Leonis pp. I.

Hic

A Hic fecit cameram Baſilicæ Conſtantinianæ, & aliam cameram Baſilicæ B. Petri.] & quæ ſequuntur.

De vita & geſtis Leonis Secundi non poſſum multa dicere propter breuitatem eius Pontificatus. Nihilominus in Anaſtaſio legimus hæc verba: [Hic fecit Eccleſiam in Vrbe Roma iuxta S. Bibianam, vbi & corpora ſanctorum Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, atque aliorum Martyrum recondidit, & ad nomen beati Pauli Apoſtoli dedicauit. Huius almi Pontificis iuſſu Eccleſia iuxta Velum Aureum in honorem beati Sebaſtiani ædificata eſt, necnon in honorem Martyris Georgij.] Hactenus de hoc Pontifice Anaſtaſius.

Baron. tom. 8. ad ann. 684.

Anaſtaſius in vita Leonis II.

B De donis factis à Leone Papa Tertio huic Baſilicæ, ab eodem Anaſtaſio nonnulla in vita ipſius Pontificis adnotata reperiuntur, vbi ait:] Fecit autem & in Baſilica beati Andreæ Apoſtoli ad beatum Petrum Apoſtolum rugas argenteas penſantes libras octuaginta, &c. Hic almificus Præſul fecit in Altari maiori beati Petri Apoſtolorum Principis veſtem chryſoclabam pretioſis gemmis ornatam, habentem hiſtorias tam Saluatoris beato Petro Apoſtolo ligandi, ſoluendique poteſtatem tribuentis, quàm Principum Apoſtolorum Petri ac Pauli paſſionem figurantes, miræ magnitudnis, in Natali Apoſtolorum vniuerſis omnibus ſplendentem, &c. Hic autem præcipuus Præſul fecit in Baſilica C B. Petri Apoſtoli pharum argenteum ante Presbyterium cum gabathis argenteis triginta, & Caniſtrum octogoni in medio, penſ. libras ſexaginta & tres: & in cantharis argenteis tam in circuitu Altaris, quàm in Presbyterio, poſuit ceroſtata argentea penſ. inibi libras ducentas & duodecim. Et in Altare beato Petro poſuit veſtem vnam habentem periclyſin de blattis, ſeu chriſoclabo.]

Anaſtaſius in vita Leonis III.

De donis à Diuo Petro factis poſt coronationem Caroli Pijſſimi Auguſti, Anaſtaſius auctor eſt, qui inquit: [Ante ſacram Confeſſionem beati Petri Apoſtoli plures Sanctos inuocãtes, ter dictum eſt, & ab omnibus conſtitutus eſt Imperator Romano- D rum. Illico Sanctiſſimus Antiſtes & Pontifex vnxit oleo ſancto Carolum, & Excellentiſſimum Filium eius Regem in ipſo die Natalis Domini Noſtri Ieſu Chriſti: & Miſſa parata, poſt celebrationem Miſſarum obtulit ipſe Sereniſſimus Dominus Imperator menſam argenteam cum pedibus ſuis, &c. Sed & in Confeſſione eiuſdem Dei Apoſtoli obtulit, vnà cum præcellentiſſimo filio ſuo Rege, & filiabus, diuerſa vaſa ex auro puriſsimo in miniſterio ipſius menſæ, penſ. lib...... Sed & coronam auream cum gemmis maioribus, quæ pendet ſuper Altare, penſ. libras

quinquaginta quinque. Et patenam auream maiorem cum gemmis diuerſis, penſ. libras triginta. Et calicem maiorem cum gemmis, & anſis duabus, penſ. libras quinquaginta octo. Item Calicem maiorem fundatum cum ſcyphone, penſ. libras triginta & ſeptem. Immo, & alium Calicem maiorem fundatum, penſ. lib. 36. Obtulit & ſuper ſacratiſſimum Altare beati Petri Apoſtoli, &c.] A

Pergit Anaſtaſius, cuius verba ſunt hæc: [Idem verò Præſatus Pontifex ſuper Altare beati Petri Apoſtoli fecit veſtem cum vite ex auro puriſsimo, cum gemmis precioſiſſimis, & margaritis, habentem in medio vultum Saluatoris, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & duodecim Apoſtolorum; vbi & miſit auri libras vigintiquinque. Et aliam veſtem chryſoclauam habentem hiſtoriam Litaniæ maioris. Sed & aliam veſtem, habentem tabulas chryſoclauas tres, & hiſtoriam Dominicæ paſſionis legentem: HOC EST CORPVS MEVM, QVOD PRO VOBIS TRADETVR. &c. Similiter etiam, & cortinam maiorem de fundato. Verùm etiam & per arcus argenteos fecit vela Paſchalia cum periclyſi de ſtauracin ex quinque cũ chryſoclauo nonaginta & tres, & in arcubus maiora vela alba quadraginta & octo. Necnon & gabathos fecit ex auro puriſſimo quindecim cum gemmis, pendentes in pergula ante Altare, penſ. libras ſexaginta quinque, & ſemis. Sed & tabulam ante Confeſſionem fecit ex auro puriſſimo, penſ. lib. vigintinouem. Verùm etiam & Imagines argenteas deauratas duas ſuper rugas maiores poſuit, penſ. libras nonaginta. Immo & canthara argentea duo in Preſbyterio fecit, penſ. lib. quinquaginta. Nec non & feneſtras ipſius Eccleſiæ ex metallo cipryno decorauit. Et alias feneſtras de vitro diuerſis coloribus decorauit, &c. Ipſe autem à Deo protectus Venerabilis, & Almificus Pontifex fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli nutritoris ſui in medio Baſilicæ Crucifixum ex argento puriſſimo penſ. lib. ſeptuaginta & duas. Item à Deo protectus idem Præclarus Pontifex fecit ſuper Altare beati Petri Apoſtoli fautoris ſui veſtem de chryſoclauo miræ magnitudinis, habentem hiſtoriam Dominicæ Natiuitatis, gemmis precioſiſſimis, & margaritis ornatam. Fecit autem in ſupradicta Eccleſia vela de ſtauraci, atque de fundato, pendentia inter columnas maiores dextera læuaque, numero ſexagintaquinque, & alia vela alba holoſerica maiora tria, quę pendent ante regias in introitu: atque ibidem eius Beatitudo fecit Crucifixũ ex argento puriſsimo, qui ſtat iuxta Altare maius, miræ magnitudinis decoratum, penſ. lib. quinquagintaduas. Cui ſuperfecit gabatha ſex cum Cruce ex argen-

(Marginal letters: B at "Mariæ…", C at "ta quinque…", D at "fautoris ſui…")

A argento puriſsimo, quæ pendent ante arcum maiorem dextera
læuaque, penſ. ſimul lib. duodecim & ſemis. Enimvero, & inibi
fecit præclarus Pontifex vela de ſtauraci, quæ pendent in arcu-
bus argenteis in circuitu Altaris, & in Presbyterio, numero no-
naginta & ſex; ex quibus duo habentia in medio Cruces de
chryſoclauo cum orbiculis, & alias octo cum periclyſi de chry-
ſoclauo. Necnon & arcus cum columnis ſuis fecit ex argento
puriſsimo in ſupradicta Eccleſia & in medio Presbyterio, penſ. ſi-
mul lib. ducentas quinquaginta & vnam, & ſemis. Idem verò al-
mificus Pontifex fecit vbi ſupra Crucem, anaglipham interſati-
lem ex auro mundiſſimo, pendentem in pergula ante Altare,
B cum candelis duodecim, penſ. lib. 13.
Præfatus vero venerabilis, & præclarus Pontifex fecit in Baſili-
ca B. Petri Apoſtoli, nutritori ſuo gabatham ex auro puriſſimo,
anaglipham gemmis pretioſis ornatam, quæ pendet ante imagi-
nem ipſius Apoſtoli in ingeſſu veſtibuli, penſ. libras ſeptem & ſe-
mis. Faciem verò ſacri Altaris ipſius Apoſtolorum Principis ab
imo vſque ad ſummum, cum luminaribus inferius ſuperiuſque,
necnon & intra Confeſſionem, Saluatorem ſtantem, dextra læ-
uaque eius, B. Apoſtoli Petri & Pauli, habentes pariter coronas,
C ex gemmis precioſis; atque pauimētum ipſius Confeſſionis inue-
ſtiuit ex auro fuluo nimis, penſ. libras quadringentas quinqua-
ginta & tres, & vncias ſex. Verùm etiam ſuper ipſum ſacrum Al-
tare fecit veſtem chryſoclauam, habentem hiſtoriam Dominicæ
Aſcenſionis, & Pentecoſten, cum periclyſi de chryſoclauo.
Pari modo vbi ſupra fecit Imaginem ipſius Apoſtolorum
Principis in porta virorum, ex auro puriſſimo, & gemmis precio-
ſiſſimis, miræ magnitudinis, & pulchritudinis decoratam, penſ.
lib. decem & nouem, & vncias tres. Præſertim verò idem bea-
tiſsimus Pontifex fecit vbi ſupra cancellos fuſiles in ingreſſu Pre-
sbyterij, ſeu in dextra parte læuaque; necnon & in ingreſſu ve-
ſtibuli, ex argento mundiſsimo, penſ. ſimul lib. mille quingen-
tas ſeptuaginta & tres. Simulque & columnas tornatiles, tam
D in ingreſſu corporis, dextra læuaque ex parte virorum, ac mu-
lierum, paria octo, penſ. ſimul libras centum nonaginta: necnon
& arcus argenteos octo, penſ. ſimul libras centum quadraginta
& tres. Fecit autem idem beatiſsimus Pontifex in Baſilica beati
Andreæ vbi ſupra regnum ex auro puriſsimo, cum gemmis pre-
cioſis ornatum, penſ. lib. duas, & vncias quinque.
Necnon, & ſuper Altare beatæ Petronillæ vbi ſupra, fecit re-
gnum aureum cum gemmis precioſiſsimis, penſ. libras duas, &
vncias tres, &c. Hic fecit beato Petro Apoſtolo fautori ſuo Euan-

gelia aurea cum gemmis praxinis, atque hyacinthinis, & albis, A
miræ magnitudinis, in circuitu ornata, penſ. libras decem & ſep-
tem, & vncias quatuor. Hic fecit Calicem aureum præcipuum
diuerſis ornatum lapidibus precioſis, penſ. libras vigintiocto; &
patenam auream penſ. lib. vigintiocto, & vncias nouem.

Pari modo in Baſilica ipſius Apoſtoli fecit Cherubim ex argē
to puriſſimo deauratos quatuor, qui ſtant ſuper capita columna-
rum argentearum ſub ciborio, penſ. libras nonaginta & tres. Fe-
cit quoque idem præcipuus Præſul vbi ſupra imaginem Saluato-
ris auream, quæ ſtat in trabe ſuper ingreſſu veſtibuli, penſ. libras
ſeptuaginta & nouem, &c.

Fecit autem Venerabilis & præclarus Pontifex ſuper Altare B
Beatæ Petronillæ cyborium columnis porphyreticis ex argento
puriſsimo miræ magnitudinis decoratum, penſ. lib. trecentas
quadraginta & octo; atque Imaginem argenteam ſtantem ſub
arcu de ipſo Ciborio, penſ. libras decem & ſemis, &c.

Fecit autem idem egregius Præſul in Baſilica beati Petri Apo-
ſtoli calices maiores ex argento mundiſſimo, qui ſedent ſuper tra-
bes argen. numero decem & octo, penſ ſimul lib. centum octo-
ginta duas. Necnon vbi ſupra fecit ceroſtatas maiores fuſiles ex
argento puriſſimo, qui ſtant ante Confeſſionem, penſ. libras cen-
tum nonaginta octo. Inueſtiuit verò ſuper trabem ex argento
mundiſſimo, quæ eſt ſuper Imaginem auream in ingreſſu veſti- C
buli, penſ. lib. centum vigintiſex, & ſemis. Verum etiam vbi
ſupra fecit lucernas fuſiles duas ex argento puriſſimo, penſ. ſimul
libras viginti & ſeptem. Et hoc conſtituit, vt Dominicorum dies,
vel in ſanctis ſolemnitatibus, hinc inde iuxta Lectoriam conſi-
ſterent & ad legendum ſacras lectiones luminis ſplendore re-
fulgerent.

Hic fecit ad B. Andream Apoſtolum ciborium ex argento
puriſſimo ſuper Altare maius, penſ. lib. trecentas & quinque. Hic
autem præcipuus Pontifex diuinitus inſpiratus, Baptiſterium vbi
ſupra conſpiciens, quia iam præ nimia vetuſtate ruinæ proxi-
mum inerat, & quia anguſtior locus populi exiſtebat, qui ad D
Baptiſmum veniebat, idem Præſul à fundamentis ipſum bapti-
ſterium in rotundum ampla largitate conſtruens, in meliorem
erexit ſtatum: atque ſacrum fontem in medio, largiori ſpatio
fundauit, & in circuitu columnis porphyreticis decorauit: & in
medio fontis columnam poſuit, & ſuper columnam Agnum ex
argento puriſsimo, fundentem aquam, qui penſ. lib. decem &
octo, & vncias decem. Necnon & Altare maius ſub abſida con-
ſtruxit. Cuius faciem, atque Confeſsionem, ſeu rugas, ad deco-

A rem ipſius ſacri Altaris inueſtiuit ex argento mundiſsimo, penſ. ſimul lib. quadraginta & octo. Verum etiam & veſtem de ſtauraci ſuper eam poſuit, atque regularem ibi ſuperinueſtitum ex argento putiſsimo fecit. Et ſuper ipſum regularem poſuit arcum, & gammadias ex argento, qui penſ. ſimul lib. octuaginta. Necnon & Imagines tres, vbi ſupra, poſuit, penſan. inibi lib. triginta & ſeptem, & vncias decem. Ipſum vero baptiſterium diuerſis in circuitu decorauit picturis.

Oratorium vero ſanctæ Crucis, vbi ſupra, quod iam præ nimia erat vetuſtate ruiturum, hic præcipuus Paſtor à fundamentis ſimul cum abſida, nouo ædificio erexit, & ad perfectum vſque B perduxit; atque ipſam abſidam ex muſiuo diuerſis decoratam picturis atque marmoribus, miro ſplendore ornauit; vbi & obtulit Ciborium ſuper Altare cum columnis ſuis; atque faciem ipſius Altaris inueſtiuit argento puriſsimo penſ. lib. centum viginti & vnam, & vncias duas. Regnum ſpanoclyſtum ex auro puriſsimo cum Cruce in medio pendens ſuper ipſum Altare penſ. lib. vnam, & vncias vndecim. Necnon & alias columnas argenteas quatuor, & ſuper ipſas columnas regularem inueſtitum argento puriſsimo, penſ. inibi libras ſexaginta & quatuor, & vncias tres. Arcus argenteos tres penſ. lib. quadraginta & tres, & vncias octo. Imagines argenteas deauratas tres, penſ. inibi C lib. triginta. Caniſtros argenteos interſatiles duodecim, penſ. ſimul libr. ſeptuaginia & octo. Gabathas argenteas interſatiles fundatas viginti vnam, & Crucem vnam penſ. in vnum libras quinquaginta. Veſtem ſuper Altare de fundato vnam. Et aliā de blattin, cum chryſoclauo; necnon & aliam veſtem albam roſatam cum chryſoclauo. Velum modicum chryſoclauatum cum Crucifixo, & margaritis ornatum. Vela de ſtauraci ſeptem. Vela de fundato quatuor. Vela modica, quæ pendent in regulari ante Imagines Tyrias, ſex. Vela alba ſerica ornata in circuitu de fundato duodecim. Velum maius album roſatum, ornatum deſuper de quadruplo vnum, & aliud velum rubeum cum bubalo, D quod pendet ante regias maiores. Vela modica de ſtauraci quatuor, quæ pendent in regulari ante Imagines; ſed & alia vela promiſcua ſerica numero vndecim. Fecit vbi ſupra ad fontes vela tria, quæ pendent in regularem ante Imagines, & alia vela ſerica numero vigintiunum.

Hic fecit beato Petro Apoſtolo nutritori ſuo calicem aureum præcipuum ſpanoclyſtum diuerſis ornatum lapidibus precioſis penſ. libras triginta. Pari modo fecit & patenam auream ſpanoclyſtam ſimiliter, diuerſis ornatam precioſis lapidibus, penſ. lib.

 vigin-

vigintiquinque. Fecit verò ſuper ciborium de Altari maiori A
beato Petro Apoſtolo canthara maiora quatuor ex argento puriſſimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos, penſ. in vnum lib. centum & quadraginta. Prædictus verò, & præclarus Pontifex fecit vbi ſupra thuribulum Apoſtolicum ex auro puriſſimo penſ. lib. duas, & vncias quinque. Fecit verò veſtem ſuper Altare maius chryſoclauam diuerſis ornatam picturis, quam conſtituit quatuor temporibus per annum in duodecim lectionibus ibidem ponere. Fecit vbi ſupra Coronas maiores ex argento puriſſimo quatuor, penſ. ſimul libras centum quinquaginta quatuor, & ſemis. Fecit vero vbi ſupra lectorium argento puriſsimo miræ magnitudinis decoratum, penſ. libras centum quadraginta & tres: necnon & ceroſtatas ex argento mundiſſimo ſtantes B
iuxta ipſum lectorium, penſ. ſimul lib. quadraginta & nouem. Verum etiam, & ſuper ipſas ceroſtatas fecit lucernas fuſiles bimixas duas ex argento puro, penſ. lib. viginti & ſeptem. Et hoc conſtituit, vt Dominicorum die, vel in ſanctis ſolemnitatibus, hinc inde iuxta lectorium conſiſterent, & ad legendum ſacras lectiones luminis ſplendore fulgerent. Farocantharos fecit in Presbyterio numero quatuordecim ex argento mundiſsimo, penſ. ſimul libras quadringentas triginta & tres: necnon columnas octo, & arcus quatuor fecit ex argento, penſ. inibi libras centum ſeptuaginta & tres. C

Fecit verò vbi ſupra calices fundatos ex argento, qui pendent inter columnas maiores, dextra læuaque Baſilicæ, numero ſexaginta quatuor, penſ. pariter libras quadringentas ſexaginta & vnam.

Idem verò præſagus Antiſtes, vbi ſupra ad beatum Andream Apoſtolum inueſtiuit Altare maius argento puriſsimo deaurato, miro decore ornato, qui penſ. vndique libras centum triginta quinque. Cantharas ex argento puriſsimo duodecim, penſ. ſimul libras quinquaginta & duas. Caniſtros duodecim ex argento, penſ. libras ſeptuaginta & octo. Inueſtiuit vero Altare beatæ Petronillæ argento puriſsimo deaurato, diuerſis ornatum pictu- D
ris vndique, penſ. libras centum ſexaginta & duas, & vncias octo. Necnon inueſtiuit Altare beati Gregorij Confeſſoris atque Pontificis argento deaurato vndique, penſ. libras centum viginti & ſeptem. Fecit vbi ſupra, in gremio Baſilicæ B. Petri Apoſtoli cortinam maiorem Alexandrinam holoſericam, habentem in medio adiunctum fundatum, & in circuitu ornatum de fundato. Verum etiam idem præcipuus Præſul fecit thuribula Apoſtolica ex auro puriſsimo duo; ex quibus vnum miſit intus ſuper corpus

A pus eius, penſ. lib. duas & alterum penſ. libras duas, & vncias octo: quod præcedit per ſtationes, &c.

In Eccleſia beati Petri Apoſtoli fecit caniſtrum de argento puriſsimo penſ. lib. viginti duas. &c. Fecit vero idem præſagus Antiſtes beato Petro Apoſtolo Calicem aureum, diuerſis ornatum precioſis lapidibus, qui præcedit per ſtationes, penſ. lib. tredecim. Hic fecit in Baſilica ipſius Apoſtoli velum chryſoclauum, quod pendet ſupra in ingreſſu veſtibuli. Item aliud velum maius e chryſoclauo, quod pendet in trabe argentea ante Imaginem Saluatoris ſupra in ingreſſu veſtibuli. Coronam maiorem ex argento puriſsimo penſ. lib. quinquaginta & tres, & vncias octo.
B Farum argenteum pendentem infra ipſam coronam penſ. libr. viginti & tres. Item coronas argenteas quatuor, penſ. lib. quinquaginta & ſeptem; Caniſtros octo, qui penſ. ſimul lib. quadraginta. Hic verò pro amore, & cautela Orthodoxæ Fidei fecit vbi ſupra ſcuta argentea duo, ſcripta vtraque Symbolo; vnum quidem literis Græcis, & alium Latinis, ſedentia dextra læuaque ſuper ingreſſum corporis, penſ. inibi lib. nonaginta quatuor, & vncias ſex. Fecit vbi ſupra in gremio Baſilicæ cortinam maiorem holoſericam fundatam vnam, ornatam in circuitu de fundato. Velum album holoſericum roſatum maius vnum, quod pendet in trabe maiore ſuper Imagines aureas, ornatum in cir-
C cuitu de fundato. Enimvero vbi ſupra ad fontes fecit vela ſerica alba numero nouem, ornata in circuitu de fundato. Hic verò, vbi ſupra inueſtiuit Altare beatiſsimi Leonis Confeſſoris atque Pontificis ex argento mundiſsimo deaurato, penſ. ſimul lib. centum & nouem. Item inueſtiuit Altare beati Gregorij Confeſſoris atque Pontificis ex argento mundiſsimo deaurato, penſ. vndique lib. centum viginti & ſeptem. &c. Præfatus verò venerabilis, & præclarus Pontifex, fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui ſuper Altare maius ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puriſsimo deaurato, diuerſis hiſtorijs miræ magnitudinis mirifice decoratum; quod penſ. lib. duo mille ſep-
D tingentas & quatuor, & vncias tres. &c. Sed & in Muſileo beatæ Petronillæ, quod ponitur ad beatum Petrum Apoſtolum, fecit vela alba maiora tria, minora octo, ornata in circuitu de fundato. Fecit verò idem præclarus Pontifex ante Confeſsionem ipſius Apoſtolorum Principis Angelos ex argento puriſsimo dextra læuaque, penſ. inibi lib. centum quadraginta & ſex. Necnon & alios Angelos duos ex argento puriſsimo deauratos, qui ſtant in trabe maiori ſuper ingreſſu veſtibuli dextra læuaque iuxta Imaginem Saluatoris auream, penſ. ſimul lib. ſexaginta tres. Et alios

Angelos

Angelos quatuor minores ex argento puriſsimo deauratos vbi ſupra, dextra læuaque, qui penſ. ſimul lib. ſexaginta octo. Verùm etiam fecit vbi ſupra columnellas ex argento deauratas ſex in ingreſſu veſtibuli diuerſis depictas hiſtorijs, quæ penſ. ſimul lib. centum quadraginta & ſeptem. Fecit & Crucem maiorem ex argento puriſsimo deauratam, quæ ſtat iuxta Altare maius, penſ. lib. vigintiduas. Fecit verò vbi ſupra arcum maiorem ex argento mundiſſimo deaurato ſupra in ingreſſu veſtibuli, penſ. lib. centum triginta & vnam, & ſemis. Fecit vero vbi ſupra intra Confeſſionem B. Leonis Confeſſoris, atque Pontificis, Euangelium ex argento mundiſsimo deauratum ſupra in ingreſſu veſtibuli, penſ. lib. quadragintaocto, & ſemis. Fecit vbi ſupra columnellam vnam de argento puriſſimo, penſ. lib. decem & ſeptem, &c. A B

Hoſpitale à fundamentis factū à Leone Tertio.

Hic autem præclarus Antiſtes diuinitus inſpiratus, Hoſpitalem beato Petro Apoſtolo, in loco, qui Naumachia dicitur, à fundamentis nouiter conſtruens, diuerſa illic domorum ædificia decorauit, atque Eccleſiam in honorem beati Petri Principis Apoſtolorum à nouo conſtruxit. In qua etiam Sanctorum Eccleſiæ Chriſti Martyrum corpora deferens recondidit, & omnia, quæ in prædicto hoſpitali erant neceſſaria, conſtruxit.

Prædia etiam illic vrbana, vel ruſtica, pro alimonijs Chriſti pauperum, ſeu aduenis, vel peregrinis, qui ex longinquis regionibus veniunt, obtulit, ad exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, & ſalutem Populi Romani. Præſertim igitur & Monaſterium ſancti Chriſti primi martyris Stephani, quod appellatur Catagalla Patricia, quod præ nimia vetuſtate iam emarcuerat, atque ex parte corruerat, idem præſagus Pontifex certamen ponens à fundamentis, ſimul cum Oratorio, firmum iaciens fundamentum, in meliorem erexit ſtatum. Gradus vero, per quos ingreſſus eſt in Eccleſiam B. Petri Apoſtoli à S. Andrea Apoſtolo, qui vetuſtate conſumpti erant, à nouo refecit. C

Hoſpitale S. Stephani Catagalla patricia.

Pari modo, & Monaſterium Beati Martini Confeſſoris, atque Pontificis, ſitum vbi ſupra, quod nimia fuerat vetuſtate quaſſatum, penè omne à fundamentis reſtaurauit. Sacra vero tecta Baſilicæ ſancti Andreæ Apoſtoli, quod appellatur Catabarbara Patricia, quæ per olitana iam fuerant tempora vetuſtate conſumpta, nouiter reſtaurauit, &c. D

Idem verò ſanctiſsimus Præſul, ſancti Spiritus illuſtratione perfuſus, fecit beato Apoſtolo nutritori ſuo calicem aureum præcipuum tetragonum ſpanoclyſtum, diuerſis ornatum precioſis lapidibus, pondere lib. triginta & duarum. Necnon fecit

&

A & patenā auream ſpanoclyſtam miræ magnitudinis decoratam, penſ. lib. vigintiquinque, & vncias nouem. Fecit autem in Baſilica, cuius ſupra, farum in modum retis cum caniſtro; & crucem de argento puriſsimo, qui pendet ſub arcu principali. Necnon & alium farum maiorem in modum retis, cum caniſtris viginti, pendentem ſub trabem maiorem argenteam, ad ornatum ſanctæ Dei Eccleſiæ, qui penſ. lib. duo mille, centum quatuor, & vncias ſeptem, &c.

Hic verò venerabilis, & præclarus Pontifex fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui caniſtros interraſiles ex argento puriſſimo, tam in quadriporticu, quàmque in gremio Baſili-
B cæ, numero 22. penſ. ſimul lib. centum vigintiquinque. Gabathas fundatas ſignochriſtas, quæ pendent in quadriporticu, in faro æreo in medio Baſilicæ, numero quadraginta & octo, penſ. ſimul lib. centum & vnam, & ſemis. Fara argentea tria, quæ ſtant ſuper trabes argenteos, penſ. lib. nonaginta & tres. Arcus argenteos duos, penſ. lib. quadraginta & vnam, & vncias octo. Vela de blattin maiora, quæ pendent per trabes argenteos, dextera læuaque Presbyterij, necnon & in circuitu ſedis, numero triginta, ornata in circuitu de quadrapulo. Vela modica de fundato numero quadraginta & ſeptem, ornata in circuitu de blattin Byzanteo, & inueſtita de blattin Neapolitano. Nec-
C non & in gremio Baſilicæ fecit cortinam maiorem Alexandrinam miræ magnitudinis, & pulchritudinis decoratam, ornatam in circuitu tyrio, &c. Verùm etiam & in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, vbi ſupra fecit veſtem roſatam habentem hiſtoriam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quando extendit manus, & apprehendit B. Petrum Apoſtolum de fluctibus maris, &c.

Idem verò beatiſſimus Præſul fecit in Baſilica B. Petri Apoſtoli nutritoris ſui ante Presbyterium farum volubilem ex argento puriſſimo, cum coronis & crucibus, penſ. inibi lib. triginta quinque, & vncias ſex. Verum etiam id ipſum deorſum, vbi ſacratiſſimum corpus ipſius Principis Apoſtolorum requieſcit, re-
D nouauit Imaginem auream habentem vultum Saluatoris Domini noſtri IESV CHRISTI, ac ſanctæ Dei Genitricis MARIÆ Dominæ noſtræ, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque Andreæ, necnon & B. Petronillæ Martyris: vbi & addidit auri obrizi lib. 21. & vncias tres, &c. Pari modo in Baſilica B. Petri Apoſtoli fautoris ſui fecit regnum ex auro puriſsimo, diuerſis precioſis ornatum lapidibus, penſ. lib. ſeptem.] Hæc, multis alijs omiſſis, ſunt ab Anaſtaſio in vita ipſius Pontificis deſcripta.

Accedamus iam ad dona digna, & alias res in hac Baſilica fa-

cta à Leone Quarto Pontifice ſanctiſſimo, ab eodem Anaſtaſio A
adnotata in vita eiuſdem [Hic verò, inquit, inſignis, & præclarus Antiſtes, ſuperno amore exardeſcens, obtulit in Baſilica beati Petri Apoſtoli coronam ex argento puriſsimo vnam, penſ. lib. viginti & quatuor. Gabathas interraſiles duas, penſ lib. duas. Vela ſeptem, duo quidem de fundato & alia duo de ſtauraci, & tria de ſpaniſco. Obtulit vero ibidem ad ſplendorem, & gloriam ipſius venerandæ Baſilicæ, cortinam Alexandrinam miræ pulchritudinis vnam, habentem hiſtoriam Pauonum portantium deſuper homines, & aliam hiſtoriam Aquilarum, rotarumque, & auium, cum arboribus, &c. Et quia Diuino ſemper erat munere perornatus, dignamque de omnibus curam, & ſolicitudinem habere B
ſtudebat; feliciter fecit in Oratorio ſancti Andreæ Apoſtoli ad ſanctum Petrum vela maiora de fundato duo, & alia minora quinque, ornata in circuitu de blattin. Hic quoque prædictus Præſul à Deo amabilis, & prudentiſsimus Papa fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli vela de fundato in circuitu compta de blattin, numero quadragintaquinque. Fecit autem idem egregius Pontifex in Monaſterio ſancti Martini, quod beati Petri Baſilicæ cohæret, ad laudem & gloriam ipſius beati Martini Oraculi, miræ pulchritudinis veſtem perfecit habentem hiſtoriam ſuperiùs memorati Sancti iacentis in lectulo, cum effigie Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti. Simul effigiem ſanctæ Martyris Agathæ, C
habentis ad pedes effigiem ipſius almi Ponticfiis, habentem gemmas hyacinthinas decem & ſeptem. Item in eodem Oratorio fecit vela quatuor, & vnum quidem habens rotas de chryſoclauo tres. &c.

Hic verò venerabilis, & præclarus Pontifex fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli nutritoris ſui caniſtrum interraſile de argento puriſſimo penſ. lib...... Vbi ſupra obtulit coronas de argento puriſſimo penſ. lib...... Hic verò beatiſſimus & præclarus Papa, ſuperno fretus amore, obtulit beato Petro Apoſtolo, ad ſplendorem & gloriam ipſius ſanctiſſimæ Baſilicæ, lucernam bimixin de argento puriſſimo, penſ. lib. quadraginta quinque, &c. D

Fecit idem ſanctiſsimus, & beatiſsimus Præſul in Eccleſia beati Petri Principis Apoſtolorum vela, quæ pendent in arcu Presbyterij, ex auro texta, habentia hiſtoriam beati Petri Apoſtoli, numero decem & octo. Necnon in Oratorio beati Leonis Confeſſoris, atque Pontificis, quod eſt ſitum infra prædictam Eccleſiam, veſtem de fundato vnam, habentem hiſtoriam Aquilarum. Obtulit quoque vbi ſupra coronam de argento vnam, penſ. lib...... &c.

Item

A Item ſanctiſsimus, & angelicus præfatus Præſul, poſt deprædationem Saracenorum iſtius Eccleſiæ, fecit ſuper corpus beati Petri Apoſtoli Imagines argenteas, totaſque, numero tres: & vnam quidem in medio, habentem effigiem Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti cum gemmis in capite per crucem, ornatam hyacinthinis & praſinis. Item aliam quandam poſitam ad dextram partem Saluatoris, & habentem vultum beati Petri Apoſtoli, & beatæ Petronillæ. Aliam quandam poſitam ad partem læuam depictam, vultum habentem beati Andreæ Apoſtoli, ſimul & vultum prædicti Summi Pontificis, penſ. libras centum & quatuor. Fecit vbi ſupra fara ærea, quæ ſedent ſuper veſtibu-
B lum ſacri Altaris, numero duodecim, &c.

Ipſe quidem à Deo protectus, & venerabilis Præſul, intra Baſilicam beati Petri Apoſtoli Oraculum miræ pulchritudinis, ſummique decoris conſtruxit; quod pulchris marmoribus circumdans, ſplendidè compſit; abſidamque eius ex muſiuo, aureo ſuperinducto colore, glorificè decorauit. In quo etiam venerabile corpus beati Leonis Confeſſoris atque Pontificis recondens, ſacrum deſuper conſtruxit Altare, & Ciborium cum Cruce exaurata, ad laudem, & gloriam Chriſti nominis, hoc fretus amore
C perfecit, vt ſibi dignum in æthere conquireret locum.

Patratis itaque omnibus, atque perfectis operibus, quorum iam ſigillatim ſuperiùs nomina ſcripta, vel memorata ſunt; confeſtim idem Paſtor, & Pater egregius, quamuis vniuerſarum proficuam Eccleſiarum Dei curam, dignamque ſolicitudinem gereret, & ad omne opus bonum præ omnibus intentus exiſteret; ex intimo cordis ſui longa trahens ſuſpiria, cùm quotidie beatiſsimi Apoſtolorum Principis Petri ſacratiſsimum Altare cerneret violatum, & ad tantam inhoneſtatem à Saracenis perfidis, Deoque contrarijs, & vilitatem perductum, etiam, & quod dolentes mærenteſque dicimus, ipſe vndique Chriſtianum populum ad iam fati Principis ſacratiſſima, orationis cauſa, vel gratia, limina deſtinari cerneret, & ob hoc vota ſua, vt olim perficere
D non pleniter ſatagebat: Ideo omnipotentis Domini fretus auxilio, atque conſilio & virtute munitus, aureis, ſimulque argenteis tabulis, non tantùm Confeſsionem ſacram, verùm etiam frontem ſæpe dicti Altaris ſatis decenter, & honorificè perornauit, vt præſens per omnia opus ibidem dedicatum luce clariùs manifeſtat. Quamobrem venerandi Altaris frontem præcipuam tabulis auro optimo nouiter dedicauit, vnà cum gemmis quampluribus valde optimis, ac precioſis, totam circumdedit, & in meliorem, vt prius, ſtatum decoremque perduxit. In quibus ſcilicet

aureis, vt dictum eſt, tabulis non ſolùm Redemptoris noſtri forma depicta præfulget, verùm & eius reſurrectio veneranda, atque indicium ſacræ ac ſalutiferæ Crucis. A

Petri quoque, Paulique pariter vultus, atque Andreæ, in prænominatis tabulis ſimiliter ſplendent, atque coruſcant: inter quos ſanctiſſimi Quarti Leonis Præſulis, necnon & ſpecialis filij ſui Domni Imperatoris Lotharij propter futuram memoriam, ſiue mercedem, perſonæ Deo caræ, per cuncta ſæcula venerandæ, depictæ ſunt. Fecit denique tabulam de ſmalto, opus ducentas ſexdecim auri obrizi penſ. libras. Confeſſionem vero crebro dicti Altaris, tabulis ex argento paratis puriſſimo, ſimili modo tota animi deuotione ad antiquum decus, & ſtatum perduxit. In quibus Saluatorem in throno ſedentem conſpicimus, precioſas in capite gemmas habentem; & à dextris illius Cherubim, à læua quoque eius vultus Apoſtolorum, cæterorumque depictos. Imò & rugas ſacræ Confeſſionis ex argento conſtructas, vultus habētes beatiſsimi Petri & Pauli, penſ. omnia lib. ducentas & octo. B

Ipſe vero à Deo amabilis, & prudentiſsimus Pontifex fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli vela ex auro texta, penden. in arcubus, compta in circuitu de blattin, numero vndecim. Necnon & in Oratorio ſancti Leonis Pontificis intra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli fecit veſtem ſericam albam ſigillatam cum gammadijs, & periclyſi de blattin vnam; & vela ſimiliter alba maiora duo, minora octo, &c. C

Aliam verò veſtem miræ varietatis in Baſilica ſanctæ Petronillæ perfecit, habentem rotam, aquilamque cum Cruce de chryſoclauo, & gammadijs vnam, &c. Qui ſummus, & præcipuus Præſul fecit in Baſilica beati Petri Apoſtoli cortinam holoſericam cum hiſtorijs multis, claritatis immenſæ, ad decorem, & gloriam ipſius ſacratiſſimæ Baſilicæ, vnam. Cùm verò hæc, & quæ ſcripta ſunt, Leo vir beatiſsimus, Quartuſque Præſul, Domino ſolicitante, amoris, ac deſiderij gratia, per diuerſa piorum loca Sanctorum perfectiùs contuliſſet; tunc de Romanæ Vrbis ſtatu, ac reſtauratione murorum, qui longo iam ſenio, atque vetuſtate nimia fracti, dirutique funditus videbantur, cœpit cum IESV CHRISTI Domini tractare conſultu: ne ſi diù, ſub hac negligentia, ſiue obliuione conſtarent, aut Domino permittente, facilùs ab hoſtibus capi, aut forſan expugnari potuiſſent. Ideo ne hoc in futurum malum fieret, omnes prænominatæ muros Ciuitatis Romanæ, duodecima inſtante Indictione renouare, atque ad priorem cultum decuſque, tota mentis alacritate curauit, &c. D

Fecit

A Fecit etiam idem beatiſsimus Præſul poſt deprædationem Saracenorum, in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Crucifixum miræ magnitudinis, conſtructum cum gemmis hyacinthinis, de argento puriſsimo, exauratum, penſ. lib. ſeptuaginta, & alias gemmas albas ſeptem, maiorem vnam, &c.]

Pergit Anaſtaſius: [Pro his igitur beneficijs, vt iam enarratum eſt, beatus Pontifex obtulit in Baſilica beati Petri Principis Apoſtolorum poſt deprædationem gentis Agarenorum, arcus de argento mundiſsimo numero treſdecim. Ex quibus duo, quos poſuit à parte dextra, ſeu ſiniſtra in Presbyterio, miræ magnitudinis, penſ. lib.....

B Idem quoque beatiſsimus Præſul fecit in Eccleſia beati Petri Principis Apoſtolorum veſtem vnam auro textam, habentem hiſtoriam, qualiter beatus Petrus prædicauit ad Sanctam Romanam Eccleſiam, cum gemmis albis, id eſt, margaritis ſeptem, & cum gemmis praſinis vndecim, necnon, & gemmis hyacinthinis viginti & ſeptem.

Fecit & in Eccleſia beati Andreæ Apoſtoli Ciborium ſuper Altare ex marmore: necnon & calicem de argento, cum coronis pendentibus in eodem Ciborio, numero duodecim, penſan. lib...... Fecit etiam ibi ipſum Campanile, & poſuit campanam cum malleo æreo, & Cruce exaurato. Necnon & in Eccleſia C beati Petri Apoſtoli obtulit turibulum ex auro puriſsimo diuerſis gemmis ornatum, &c.]

Pergit etiam Anaſtaſius infra hoc modo: [Obtulit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli Crucem auro puriſsimo, diuerſis gemmis hyacinthinis albis, & ſmaragdis miræ magnitudinis ornatam; quæ ſtat parte dextra iuxta Altare maius. In qua etiam nouiter renouauit virgam, & deargentauit eam, in qua prædicta Crux continetur, penſ. lib. argenti vndecim, & ſemis, legente de nomine Domni Leonis Quarti Papæ.]

Pergit etiam Anaſtaſius infra his verbis: [His denique decentiùs conſummatis, atque peractis, poſt flebilem, & iniquam Sa- D racenorum deprædationem; Catholicus, & per omnia laudabilis Præſul, ad decorem, & laudem Eccleſiæ Apoſtolorum Principis Petri, fecit miræ magnitudinis ac pulchritudinis, ſuper illius venerandum Altare, Ciborium, & columnas, & lilia exaurata ex argento puriſsimo, penſ. lib. mille ſexcentas & ſex. Nam & ſuper Ciborium obtulit coronas quatuor, & calices ſexdecim ex auro mundiſsimo, penſ. lib...... Et de argento, vt ſupra, ad honorem, & gloriam ipſius, Ciborium fecit, caliceſque, & coronas, numero quadraginta ſex, penſ. lib. vigintiduas, & vncias

 ſeptem.

ſeptem. Necnon & ſuper columnas ipſius Ciborij, propter amplam pulchritudinem, ex argento puriſsimo fecit cophinos numero quatuor, penſ. lib. quadraginta & duas. Fecit etiam ibidem ante Altaris circuitum vela alba holoſerica ſigillata, numero quatuordecim, liſtas habentia de fundato. A

Obtulit inibi & alia vela linea numero quatuordecim, liſtam habentia per circuitum de ſerico albo ſigillato. Vbi ſupra fecit arcus duos ex argento puriſsimo penſ. lib. quinquaginta.] Et infra: [Obtulit etiam in Eccleſia beati Petri Principis Apoſtolorum coronam ex argento cum hiſtorijs, à foris circumdatam, & exauratam, penſ. lib. ſeptem. Ipſe quoque à Deo protectus, & beatiſſimus Papa, ſuperno fretus amore, obtulit in Baſilica beati Petri Apoſtoli ante Confeſsionem ſacri Altaris à dextris, ſeu à ſiniſtris, ad decorem ipſius Baſilicæ, Angelos ſex ex argento mundiſſimo, penſ. lib. ſexagintaquatuor. Et ſuper illud Ciborium fecit oleas, quæ pendent in circuitu Altaris, habentes tabulas quatuor exauratas. Necnon & gammadias numero quatuor. Vbi ſupra fecit arcus quatuor, qui ſtant in Presbyterio, ex argento mundiſſimo, penſ. lib. centum, &c. B

Et infra: [Necnon obtulit in Baſilica beati Petri Apoſtoli arcus ex argento mundiſsimo quatuor, penſ. lib. octuaginta & quatuor, &c]

Et infra. [Necnon & in Baſilica beati Petri Apoſtoli fecit arcus de argento puriſſimo, cum columnis, & lilijs, numero tres, penſ. lib. ſexaginta, &c.] Et infra: [Similiter vela de ſpaniſco ornata in circuitu de fundato, numero tria. Sed & tabulas de argento exauratas, in gradu ante Confeſſionem beati Petri Apoſtoli numero quatuor, & agnos duos, qui penſ. lib. ſimul quadraginta & quatuor. Obtulit vbi ſupra coronas porphyreticas miræ magnitudinis, ornatas auro puriſsimo, cum delphinis duodecim, legente de nomine ipſius almifici Præſulis, penſ. auri lib. tres & ſemis. Necnon, & arcus argenteos numero decem, qui penſ. ſimul lib. centum octuaginta & vnam. Et vela linea, quæ pendent in arcubus vbi ſupra, ornata in circuitu de fundato, numero quadraginta octo, &c.] C D

Pergit etiam infra: [Ipſe inſignis, Præſulque præcipuus, cùm innumera ſummi decoris opera in Baſilica beati Petri Cœli clauigeri perfeciſſet; portas, quas dextruxerat Saracena progenies, argentoque nudarat, erexit, multiſque argenteis tabulis lucifluis, ſalutiferiſque hiſtorijs ſculptis decorauit, & in meliorem ſpeciem, quàm pridem fuerant, reparauit; vt omnes, qui in eandem Baſilicam ingredi volunt, laudes Deo Omnipotenti, ſanctoque

ſuo

A ſuo Præſulatui referant, & expoſcant, vt multa annorum ſuæ vi-
tæ curricula extendantur, qui tanti fulgoris opere, tantoque pul-
chritudinis pondere aulam Dei argento penſ. lib. ſeptuaginta
ornauit. Qui ſummus, Deoque amabilis Papa, in exordio ſui
Pontificij, cum porticus partis læuæ beati præ nimia vetuſtate
Petri Baſilicæ cecidiſſet, celeri ſtudio præclariùs renouauit.

Nam, & ipſius præcipuè ſarta tecta Eccleſiæ magnis trabibus,
procacique artificio eleuatis, luciſluè renouauit. Qui etiam por-
ticum, quæ ſancti Andreæ cohęret Eccleſiæ, cùm cerneretur ca-
ſura, in melius noſtra fere memoria reſtaurauit. Sed & came-
ram, quæ ante portas argenteas iam dictæ aulæ eſſe conſpicitur,
B infinito fretus amore renouans decorauit. Et multas piè opera-
tiones in eadem ſpecie Eccleſias fecit; quas ſi ſcripturæ tradere
voluerimus, lingua narrare non ſufficiet, & nec ſcribentium va-
lebunt articuli ſuſtinere. Cùm ergo per diuerſas Dei Eccleſias
multa perficeret inſignia opera ipſe beatiſſimus Pontifex, porti-
cum, quæ ante Baſilicam Sanctæ Dei Genitricis conſiſtit, quæ
iuxta Baſilicam ſancti Laurentij ſita eſt foris muros, clariùs, ac fir-
miùs renouauit, &c.

Idem beatiſsimus Pontifex fecit in Baſilica beati Petri Apoſto-
li cereos deargentatos, qui ſtant in Presbyterio, numero viginti
& ſeptem, penſ. ſimul lib. quadraginta. Nam & trabes in ingreſ-
C ſu, & in medio Presbyterij inueſtiuit ex argento puriſſimo, penſ.
libras ſexaginta & ſeptem, & vncias tres, Cùm autem ſupernæ
zelo patriæ incenſus, ſpecioſis Chriſti per ordinem ornaret me-
tallis, ac ornamentis Eccleſias; poſt fecit alia multa in aula beati
Petri Apoſtolorum Principis: Coronam ex argento puriſſimo
vnam, cum catenulis argenteis quatuor, habentem delphinos
quadraginta & duos, penſ. ſimul libras viginti & tres. Hic quo-
que Pontifex, Chriſti ſemper auxilio fretus, ac diuinitus inſpira-
tus, fecit in circuitu Altaris beati Petri Apoſtoli vela ſerica de pra-
ſino quatuor, habentia tabulas de chryſoclauo cum effigie Sal-
uatoris, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſui ipſius almifici Præ-
D ſulis, & in medio cruces, & gammadias de chryſoclauo cum or-
biculis, in quibus ſunt imagines Apoſtolorum, mira pulchritudi-
ne decoratas, quæ in diebus feſtis ad decorem ibidem ſuſpen-
duntur.

Pari modo fecit vbi ſupra alia vela alba boloſerica roſata can-
cellis decorata mirificè, Paſchæ obumbrantia ſacra. Necnon
& aliam coronam minorem ibidem obtulit cum catenulis qua-
tuor, & delphinis decem, habentem lilium, & vncinum, penſ.
lib. duas. Huius namque beatiſſimi Præſulis animus ſemper de-
uotus

uotus exiſtens, precioſis IESV CHRISTI Eccleſias ornamentis, A
ingenti ob æternæ vitæ ſalutem decorare ſtudebat amore: &,
quod nullus præceſſorum eius Pontificum facere arbitratus eſt;
hic ſancto proculdubio ſpiritu feruens, atque compulſus, coro-
nas ex auro mundiſſimo, inclytis Chriſti videlicet, & Sanctorum
vultibus refulgentes, in Apoſtolorum Principis Petri Eccleſia
iuxta Altare, ſub quo eius ſacratiſſimum corpus requieſcit, dextra
læuaque pendentes fieri duas, cum catenulis aureis, bullis, gem-
miſque praſinis decoratas decreuit, habentes in ſimul delphinos
ſexaginta, penſ. lib. viginti.

Fecit & Crucifixum argenteum miro opere depictum in ea- B
dem Eccleſia, qui in læua introitus parte inter columnas magnas
poſitus ingenti ſplendet decore, habentem libras ſexaginta &
duas, & dimidiam. Ipſe quoque beatiſsimus Pontifex fecit in
Oratorio beati Andreæ Apoſtoli, quod ſancti Petri cohæret Ec-
cleſiæ, veſtem ſericam vnam habentem hiſtoriam Aquilarum, &
in medio tabulam cum chryſoclauo, in qua depictæ Chriſti, &
Diſcipulorum eius dextra læuaque Imagines fulgent, & ipſius al-
mifici Præſulis, &c.]

Pergit infra: [Poſt præcipuam verò huius Concilij diffinitio-
nem, beatiſſimus eiuſdem Præſulis animus, cæleſtis ſemper amo-
ris igne accenſus, ad reſtauranda Eccleſiarum Dei cunctorum C
ornamenta vaſorum, ſtudium rurſus cœpit ingens habere. Nam
& in Eccleſia beati Petri, regni Cœlorum clauigeri, fecit lucer-
nam ex argento puriſſimo vnam bimixam, penſ. lib. ſexdecim.
Necnon & in Monaſterio ſancti Martini, quod ipſius Apoſtolo-
rum Principis Eccleſiæ cohæret, fecit aliam lucernam ex argen-
to fuſilem, penſ. lib. viginti & ſeptem, & dimidiam, &c.

Idem verò ſanctiſſimus Papa fecit rugulas de argento fuſiles
cum cancellis, in ingreſſu Presbyterij, & ante Cōfeſſionem beati
Petri Apoſtoli amatoris ſui, quæ pulchro lucentes decore, homi-
num præbent mentibus admirationem: quarum duæ penſ. libras
ſexcentum quadraginta & duas: aliæ vero duæ libras quingen- D
tas & octuaginta, &c.

Sed quia, vt ſæpe diximus, huius ſereniſſimi Præſulis animus
maximè beatiſſimi Præſulis Apoſtolorum Principis Petri reple-
tus amore, ipſius ſummæ Eccleſiæ, cuius, diuina diſpenſante po-
tentia, thronum regebat, multa deſiderabat ſemper ornamenta
perficere.

De vita, & moribus Leonis ſanctiſ. Pontif. Quarti. Vide Baron. tom. 8. ann. 816. &c.

Fecit ſuper eius ſanctum Altare veſtem de chryſoclauo, ha-
bentem hiſtoriam in medio Saluatoris, inter Angelicos vultus
fulgentis, Petroque Apoſtolo claues Regni Cœlorum tradentis:

&in

A &in dextra læuaque, glorioſam Petri,& Pauli paſſionem fulgentem. Inter quos ipſe Præſul ciuitatem, quam fieri iuſſerat, Petro interueniente offert depictam, & Crucem auro, gemmiſque nitentem, & in circuitu Altaris, & deſuper habentem pannos ſericos precioſa Aquilarum hiſtoria textos, quorum duo aurati cernuntur, &c.

Sed in Eccleſijs, quas ibidem fecit, multa dona obtulit. In Eccleſia, videlicet, ſancti Petri gabathas ex argento fuſiles maiores minoreſque, ſeptem, penſ. pariter lib. ſexdecim, & vnciam vnam. Cantharam exauratam vnam; baucas exauratas tres; fibulatoria maiora, & minora quinque. Crucem ex argento de-
B auratam vnam, cum gemma vna. Item aliam crucem de auro vnam, habentem in medio Monocoſſim. Et aliam Crucem ex argento numeratim habentem gemmas quadraginta. Turibulum aureum exauratum vnum, dextram ſaxiſcam vnam, coronas aureas duodecim, gabatham vnam, & Struthio camelorum oua duo. Atque fecit in eadem Eccleſia iam dictæ Ciuitatis veſtes ſericas duas: ex quibus vna habet in medio tabulam de chryſoclauo, & alia habet in medio Crucem, & orbiculos quatuor cum gammadijs, & vela de fundato decem & octo. Crucifixum ex argento puriſsimo penſ. lib. ſeptem. Necnon & in Eccleſia ſancti Leonis obtulit patenam exauratam vnam, calicem de ar-
C gento vnum, veſtes duas, vnam quidem de fundato, ornatam in circuitu de colouero, habentem in medio rotam de chryſoclauo, & gammadias; & aliam de ſpaniſco. Similiter & codices Catholicos numero ſeptem. Hiſtoriarum Salomonem, Antiphonarium, Pſalterium, & Sacramentorium, Geſtorium, & ſermones; ſed & Euangelium cum tabulis argenteis. Atque ſacratiſſimum Dei Altare, quod ſupra ſanctiſſimum beati Petri Apoſtoli corpus conſiſtit, argenteis deauratis, quæ in dextra & læua ipſius Apoſtolorum Principis habet miracula, perornauit laminis; (forte luminaribus) quæ ingenti ſplendore nunc vt Cœli aſtra coruſcant, penſ. verò ſimul libras octuaginta quatuor, &
D vncias quinque,

Atque poſt tam immenſæ operationis inſignia, factaque, diuina Dei æterni clementia inſpirante, quæ per diuerſa loca ob ſalutem Chriſtianorum, ipſe ſanctiſſimus Papa eſt operatus, Eccleſiam, quæ Domini voce ſupra firmam petram fundata conſiſtit, & de beati Petri Apoſtolorum Principis nomine ſancto glorioſa coruſcat, precioſiſſimo omnium metallorum ornatu, præ nimio Patris cœleſtis amore, quotidie ornare procurans, ibidem quoque Lectorium argenteum, inclyta operatione cælatum,&

ſuper quatuor pedes conſiſtens, perfecit: in cuius videlicet ſummitate Leonis caput refulget, penſ. libras trigintaunam, & vncias vndecim. Necnon & ceroſtata quatuor, quæ a longo tempore ſummorum Pontificum in medio Presbyterij feſtis erigebantur diebus. Atque hæc ſagaci arbitrio de argento puriſſimo inueſtiuit; atque vt in perpetuum ibidem erecta eſſent, conſtituit, quod nullus prædeceſſorum eius facere cogi auit, habentia ſimul libras quinquaginta & quinque. Vbi ſupra fecit & ceroſtata de argento maiora, par vnum, penſ. lib. quadraginta octo, & vncias decem, in quibus ſedent lucernæ bimixæ de argento puriſsimo, lucentes iuxta Altare maius, penſ. lib. ſimul quadraginta & nouem. Necnon & alia ceroſtata deargentata ſeptem, penſ. lib. vigintiquinque, & vncias tres. Pari modo, & alia ſeptem tetra fecit ceroſtata ferrea deſuper de argento penſ. lib. vnā & viginti, & vncias tres, Atque ſuper ipſum Altare fecit vèſtem auro textam, candidis per totam margaritis fulgentem, & in dextra læuaque tabulas gemmatas habentem, cum aureis per circuitum orbiculis, quibus inſigne ipſius Præſulis eſt nomen deſcriptum. A B

Iam & Monaſterium S. Martini, quod longo ſenio erat caſurum, miris domorum ædificijs reſtaurauit, & ad honorem meliorem, quàm prius fuerat, funditus decorauit. In quo & veſtem albam roſatam cum roſis obtulit, & Saluatorem cum Apoſtolis, & Virginem legentem nomen Domni Leonis Quarti. Item vela quinque alba roſata, & vnum quidem habens gammadias treſdecim, & amigdala de argento exaurata tria, &c. Præterea idem ſummus, & Orthodoxus Pontifex, diuina inſpiratione pulſatus, fecit in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis calices ex argento puriſſimo, qui pendent ſuper arcum principalem, necnon & infra columnas maiores dextra læuaque, numero octuaginta tres, habentes inſimul lib. quadringentas quadraginta & vnam. Id ipſum verò ante ſacri Altaris veſtibulum, miræ pulchritudinis fecit trabem, quam poſt diræ gentis nefandam deprædationem ex argento decorauit puriſsimo, in qua ſacræ ac Dei venerabiles ſedent imagines, quæ penſ. libras ſexaginta. C D

Obtulit quoque in Eccleſia beati Petri Apoſtoli, quæ ponitur in ciuitate Leopoli, thuribulum de argento exaurato vnum &c.

Ipſe verò à Deo protectus, venerabilis, & præclarus Pontifex fecit Propitiatorium ſacri Altaris beati Petri Apoſtoli Apoſtolorum Principis; vbi ſacratiſſimum corpus eius quieſcit, ſpanocliſtum, habens quidem argenti lib. ſeptuaginta & duas, auri verò octuaginta.]

A De hoc Oratorio nihil etiam dixit Honufrius, niſi paucis his verbis: [Secundum ſacellum, & Altare prope ſuperiùs locatum, fuit ſancti Leonis Quarti Papæ, ſub quo Paſchalis Secundus recondidit corpora Sanctorum Pontificum Leonum I. II. III. & IIII.] Hæc Honufrius. De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 41.

Pauca etiam Romanus de Altare ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi commemoratus eſt, de quo Honufrius hæc verba: [Inter portam Romanam argenteam fuit Altare ſanctorum Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, poſtea ſancti Spiritus, nunc ſanctæ Annæ dictum, Societatis Parafrenariorum S. R. E. Cardinalium.] Sunt etiam nonnullæ aliæ adnotationes in hoc B capitulo xj. quas nos infra, Deo fauente, ſuo loco apponemus: & nunc hìc ſequimur ordinem Authoris Romani huius Baſilicæ Canonici, qui pergit dicere de Hadriani Papæ I. ſepulchro. De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 45.

Vbi requieſcit D. Hadrianus Papa Primus. XII.

IVxta hoc Oratorium ſancti Leonis Quarti Papæ eſt Oratorium, & fuit Altare ſancti Hadriani Martyris; & eſt ſepulchrum beatæ recordationis Domni Hadriani Primi Papæ, de quo habetur hoc epitaphium.

C HIC PATER ECCLESIÆ, ROMÆ DECVS, INCLYTVS AVCTOR
HADRIANVS REQVIEM PAPA BEATVS HABET.
VIR, CVI VITA DECVS, PIETAS LEX, GLORIA CHRISTVS,
PASTOR APOSTOLICVS, PROMPTVS AD OMNE BONVM.
NOBILIS EX MAGNA GENITVS IAM GENTE PARENTVM,
SED SACRIS LONGE NOBILIOR MERITIS.
EXORNARE STVDENS DEVOTO PECTORE PASTOR
SEMPER VBIQVE SVO TEMPLA SACRATA DEO;
ECCLESIAS DONIS, POPVLOS ET DOGMATE SANCTO
IMBVIT, ET CVNCTIS PANDIT AD ASTRA VIAM.
PAVPERIBVS LARGVS, NVLLI PIETATE SECVNDVS,
ET PRO PLEBE SACRIS PERVIGIL IN PRECIBVS.
D DOCTRINIS, OPIBVS MIRIS EREXERAT ARCES,
VRBS CAPVT ORBIS HONOR, INCLYTA ROMA TVAS.

Hic ſanctiſſimus Præſul præter multa alia bona, donauit Canonicis huius Eccleſiæ caſtrum Capracorum, & à nouo reſtaurauit tectum tituli ſancti Clementis Papæ in regione III. poſiti. Iuxta huius Oratorium eſt ſepulchrum Domini Vrbani Secundi Papæ ſatis pulchrum, in Vaticano.

ADNOTATIO. I. A

MVlta de hoc Pontifice dicenda eſſent à Presbytero Romano, & huius Baſilicæ Canonico, vel prætermiſſa, vel leuiter tacta; quæ ego hic adnotabo. Ac primùm legantur hi verſus à Romano ſilentio præteriti.

MORS, CVI NIL NOCVIT, CHRISTI QVÆ MORTE PEREMPTA EST,
IANVA SED VITÆ MOX MELIORIS ERAT.
POST PATREM LACRYMANS CAROLVS HÆC CARMINA SCRIPSI:
TV MIHI DVLCIS AMOR: TE MODO PLANGO, PATER.
TV MEMOR ESTO MEI: SEQVITVR TE MENS MEA SEMPER, B
CVM CHRISTO TENEAS REGNA BEATA POLI.
TE CLERVS, POPVLVS MAGNO DILEXIT AMORE;
OMNIBVS VNVS AMOR, OPTIME PRÆSVL, ERAS.
NOMINA IVNGO SIMVL TITVLIS, CLARISSIME, NOSTRA,
HADRIANVS, CAROLVS REX EGO, TVQVE PATER.
QVISQVE LEGAS VERSVS, DEVOTO PECTORE SVPPLEX
AMBORVM MITIS DIC, MISERERE DEVS.
HÆC TVA NVNC TENEAT REQVIES, CHARISSIME, MEMBRA,
CVM SANCTIS ANIMA GAVDEAT ALMA DEI.
Bar. tom. 9. ann. 795 VLTIMA QVIPPE TVAS DONEC TVBA CLAMET IN AVRES; C
PRINCIPE CVM PETRO SVRGE VIDERE DEVM.
AVDITVRVS ERIS VOCEM, SCIO, IVDICIS ALMAM:
INTRA NVNC DOMINI GAVDIA MAGNA TVI.
TVM MEMOR ESTO TVI NATI, TE PATER OPTIME, POSCO.
CVM PATRE, DIC, NATVS PERGAT ET ISTE MEVS.
O PETE REGNA PATER FELIX CÆLESTIA CHRISTI,
INDE TVVM PRECIBVS AVXILIARE GREGEM.
DVM SOL IGNICOMO RVTILVS SPLENDESCIT AB AXE,
LAVS TVA SANCTA PATER SEMPER IN ORBE MANET.

Anaſt. in vita Hadriani pp. I.

[Sedit beatæ memoriæ Hadrianus Papa I. annos 23. menſ. 10. dies 17. Obijt vij. Kal. Ianuarias.] Sequuntur modo hic dona pulchra, atque multa facta ab Hadriano Papa Primo huic Baſilicæ ſumma cum largitate, vt Anaſtaſius teſtis eſt, qui ait: [Hic enim coangelicus vir fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli veſtem miræ pulchritudinis ex auro puriſſimo, & gemmis, habentem præfiguratam hiſtoriam, qualiter beatus Petrus à vinculis per Angelum ereptus eſt. Item in eadem Baſilica ab introitu de ruga vſque ad Confeſſionem, pauimentum veſtiuit argento puriſſimo, quod D

penſ.

A penſ. lib. centum quinquaginta. Fecit etiam in eadem ipſa Baſi-
lica beati Petri iuxta ianuas maiores argenteas cortinas miræ ma-
gnitudinis de pallijs ſtauracin, ſeu quadrapulis. Nam & per vni-
uerſos arcus eiuſdem Apoſtolorum Principis Baſilicæ de pallijs
tyrijs atque ſundatis, fecit vela numero ſexaginta quinque. De-
nique eius Beatitudo fecit & farum maiorem in eadem beati
Petri Eccleſia in typum Crucis, qui pendet ante Presbyterium,
habentem candelas mille trecentas & ſeptuaginta. Et conſtituit,
vt quatuor vicibus in anno ipſum farum accendatur; id eſt, in
Natiuitate Domini, in Paſchate, in natali Apoſtolorum, & in
natali Pontificis. Itemque præfarus ſanctiſſimus Præſul fecit in
B ea Baſilica calicem ſuudatum argenteum penſ. lib. quinque:
quem & poſuit in Presbyterio pro eo, qui perierat temporibus
Domini Pauli Papæ. Nam & in Eccleſia beati Andreæ ſita iuxta
eandem beati Petri Apoſtoli Eccleſiam, ciborium nouiter ex ar-
gento mundiſsimo ipſe ter beatiſſimus Pontifex fecit, qui penſ.
lib. 135. &c.

Hic beatiſſimus Præſul, diuina inſpiratione incitus, conſtituit
in Monaſterio S. Stephani Catabarbara patricia, ſitum ad bea-
tum Petrum Apoſtolum, Congregationem Monachorum, ibi
& Abbatem idoneam perſonam ordinans. Statuit vt ſedulas lau-
des in Eccleſia beati Petri perſoluant, ſicut & cætera tria Mona-
C ſteria: vt duo Monachi pro latere ipſius Eccleſiæ Deo noſtro ca-
nant laudes. Quoniam ipſum Monaſterium in magna deſidia,
& neglectu iniuriaque poſitum erat, & nullum diuinum offi-
cium cultu ibidem exhibebatur, &c.]

Pergit hic auctor. [Hic beatiſſimus Præſul fecit, atque conſti- Vide Bar. de veritate huius hiſt. tomo 9. ann. 795.
tuit nouiter domos cultas quatuor. Vnam quidem, quæ voca-
tur Capracorum, poſitã in territorio Vigentano, milliario ab Vr-
be Roma plus minus quintodecimo: ex qua primitus fundum
ipſum Capracorum cum alijs pluribus fundis ei cohærentibus, ex
hæreditaria parentum ſuorum ſucceſſione, tenere videbatur,
D eius proprij olim exiſtentes: vbi, & alios plures fundos, ſeu caſa-
les, & maſſas, data iuſta recompenſatione, ad vicem à diuerſis
perſonis emere, & eidem domui cultæ addere viſus eſt. Quam
videlicet domocultam Capracorum cum maſſis, fundis, caſali-
bus, vineis, oliuetis, aquæmolis, & omnibus ei pertinentibus,
ſtatuit per Apoſtolicum priuilegium ſub magnis anathematis
obligationibus, vt in vſu fratrum noſtrorum Chriſti pauperum
perenniter permaneat; & triticum, & ordeum, quod annuè in
locis eiuſdem domocultæ natum fuerit, diligenter in horreo ſan-
ctæ noſtræ Eccleſiæ deferatur, & ſequeſtratim reponatur. Vinum

verò, ſeu diuerſa legumina, quæ in prædijs, ac locis ipſius antefatæ domocultæ annuè nata fuerunt, ſimili modo curioſè in paracellario prænominatæ ſanctæ noſtræ Eccleſiæ deducantur, & ſeparatim reponantur. A

Sed porcorum, qui annuè in caſalibus ſæpiùs dictæ domocultæ inglandiati fuerint, capita centum exinde occidantur, & in eodem paracellario reponantur. Decernens eius ter Beatitudo, atque promulgans ſub validiſſimis obligationibus interdictionis, vt omni die centum fratres noſtri Chriſti pauperum, etiamſi plures fuerint, aggregentur, &c.

At verò cum omnibus ſpiritualibus ſtudijs, quę idem ter beatiſſimus, atque almificus Pontifex, tam per augmentum, & vtilitatem profectibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ perficiendis, quàmque pro reſtaurationibus Eccleſiarum Dei, & diuini cultus melioratione gerere videbatur, magnam etiam ſolicitudinis curam, & amoris affectum in ſanctam, ac venerandam Patriarchij domum, certum eſt habuiſſe. Vnde ex nimia feruoris dilectione, pro honore beati Petri Apoſtolorum Principis, & ornatu ipſius ſancti Patriarchij, conſtruxit atque ædificauit ibidem nouiter turrem miræ pulchritudinis decoratam coherenti porticu, quæ deſcendit ad balneum. Vbi & deambulatorium, ſcilicet, ſolarium ſuum, cum cancellis æreis nimis pulcherrimè conſtrui fecit: ſed & porticum ipſam, quæ vetuſtate diruta inerat, nimis vtiliter renouauit, & picturis, atque marmoribus eandem turrem, & cuncta ædificia ab eo nouiter constructa, decorauit. Itaque idem ter beatiſſimus, & reuera præcipuus Pater, atque bonus Paſtor, egregiuſque Præſul, tanto amoris affectu feruens erga nutritorem ſuum beatum Petrum Principem Apoſtolorum, dum cunctum ornatum eiuſdem Apoſtolicæ aulæ tam in præclaris ex auro, & gemmis veſtibus, ſeu diuerſis pallijs, & alijs ornamentis ex auro & argento in eadem Apoſtolica aula, fecit, atque obtulit. Etiam & omnes eius gradus maiores, qui aſcendunt in atrium, ſimulque & ex duabus porticibus, quæ aſcendunt in eandem Eccleſiam, ex vtriuſque lateribus renouauit: ſed & cunctum pauimentum ipſius Eccleſiæ, vbi marmora confracta erant, adhibitis alijs pulcherrimis melioribus marmoribus, renouauit. Porticus verò ex vtriuſque lateribus ſupraſcriptæ Eccleſiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum ruinæ vicinum poſitum erat, poſitis nouis trabibus, ipſum tectum nouiter faciens, reſtaurauit. Fecit etiam ter beatitudo eius Imagines ſex, ex laminis argenteis inueſtitas. Ex quibus tres poſuit ſuper rugas, qui ſunt in introitu Eccleſiæ Presbyterij, vbi & regularem ax argento inueſtito

(margin letters: B beside "At verò cum omnibus…"; C beside "& porticum ipſam…"; D beside "Eccleſiam, ex vtriuſque…")

A ſtito fecit, & poſuit ſuper eundem regularem præfatas tres imagines, in medio quidem vnam exiſtentem habentem depictum vultum Saluatoris, & ex vtriuſque lateribus imagines habentes depictas effigies, vnam beati Michaelis, & alteram beati Gabrielis Angelorum. In ſuperiori verò ruga, id eſt, in medio Presbyterij, faciens aliam regularem argento inueſtito, conſtituit ſuper eum reliquas tres Imagines, in medio quidem habentem præfiguratum vultum ſanctæ Dei Genitricis, & ex duobus lateribus vnam habentem vultum depictum ſancti Andreæ Apoſtoli, & aliam ſancti Ioannis Euangeliſtæ. Vtraſque verò ſex Imagines, vt dictum eſt, de laminis argenteis nimis pulcherrime factas, de-
B aurauit; in quibus Imaginibus poſuit argenti libras centum. At verò iam pereuoluta viginti annorum ſpacia, forma, quæ vocatur Sabbatina, nimis confracta exiſtens, per quam decurrebat aqua per centenarium in atrium Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli: ſimulque, & in balneo iuxta eandem Eccleſiam ſito, vbi fratres noſtri Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemoſynam in Paſchalem feſtiuitatem annuè occurrere, & lauari ſolebant, & ex qua diuerſæ molæ in genuculo macinabant, aqua ex eadem forma, neque in atrium beati Petri, neque infra Ciuitatem decurrebat, dum ipſa forma, vt dictum eſt, diruta extitit, ob centum arcus ipſius formæ magnæ altitudinis conſtructos, & à fun-
C damentis demolitos, atque deſtructos, vt iam nulla ſpes videretur eſſe eoſdem arcus, vel fractam formam reędificandi, atque reſtaurandi: ipſe beatiſsimus, ac ſanctiſsimus Præſul aggregans multitudinem populi per ſemetipſum ad fabricandum atque reſtaurandum eandem formam præparauit: & tantam curam, ac ſolicitudinem in eiuſdem formæ fabrica exhibuit, quòd etiam nouiter à fundamento eam renouauit, atque reſtaurauit, & confeſtim centenarium illud, quod ex eadem forma in atrio Eccleſiæ decurrebat, dum per nimiam neglectus incuriam plumbum ipſius centenarij furtim iam plurima ex parte exinde ablatum fuiſſet, reliquum plumbum conquaſſatum protinus idem præ-
D cipuus Paſtor, addita multitudine plumbi, ipſum centenarium nouiter fecit, & Deo auſpice aqua in atrio beati Petri; ſimulque & in pręfato balneo, verùm etiam & intus Ciuitatem, id eſt in genuculo, vbi molę macinabantur, ſicut antiquitus, abundanter decurrere fecit, &c.

Pergit poſt pauca idem auctor: [Ipſe verò pręcipuus Pontifex fecit Imagines ex laminis argenteis deauratis, habentes effigiem Saluatoris Domini noſtri IESV CHRISTI, quę poſita eſt ſuper introitu Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, vbi portæ argenteæ exi-
ſtunt,

ſtunt, quæ penſant libras quinquaginta, &c. A

Data enim digna compenſatione, nemini vim inferens, ſed magis, vt condecet Patri, cuncta ſecus eundem locum amica pactione emit prædia; & domumcultam, beato Petro eundem locum iure perpetuo ſtatuit permanendum. Quem, & domumcultam ſancti Ediſtij vocant vſque in hodiernum diem.

Pariter etiam & maſſa, quæ vocatur Acatiana, quæ iuxta eandem domumcultam eſſe videtur, ab eodem Leonino beato Petro conceſſa eſt, &c. Simili modo, & in famoſiſſima, totoque orbe terrarum præclara veneranda Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis, dum per olitana tempora vetuſtiſſimas trabes, quę B ibidem exiſtebant, cerneret; idem præcipuus Pontifex, mittens Ianuarium veſtararium ſuum, cognoſcens eum idoneam perſonam, cum multitudine populi mutauit ibidem trabes numero quatuordecim, atque totum eiuſdem Baſilicæ tectum, & porticus nouiter reſtaurauit, &c.

Hic idem ſanctiſſimus Præſul in domoculta, quam Capracorum vocant, quam ex iure proprio ſuo obtulit pro alimonijs pauperum beato Petro Apoſtolorum Principi nutritori ſuo, à ſolo fundauit, atque ædificauit Eccleſiam, ſimulque ſpecioſè ornauit, & in nomine eiuſdem Deo factori ſuo dedicauit, recondens in ea reliquias ex veſtimentis Saluatoris Domini noſtri IESV C CHRISTI, & eiuſdem Dei Genitricis, ſemperque Virginis MARIÆ, atque duodecim Apoſtolorum, & aliorum venerabilium Martyrum. In quam ſacratiſsimam Eccleſiam cum cũcto Clero ſuo, Senatuque Romano pergens cum nimia gloria, ſeu exultatione, pariter ouantes, & in pauperes Chriſti ibidem magnam conſuetam eleemoſynam faciens, translatauit, atque introduxit in eam corpora ſanctorum Martyrum, ſimulque Pontificum; videlicet corpus ſancti Cornelij Martyris & Pontificis, ſucceſſoriſque eius ſancti Lucij Martyris atque Pontificis, & corpus ſancti Felicis, ſimili modo Martyris, ſeu Pontificis; pariterque corpus ſancti Innocentij Confeſſoris atque Pontificis. Quos vt D patronos in Domino, almus ſacer Pontifex ob amorem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, in qua præſederunt, ſicut decuit, honorauit, &c.

Hic quippe præſagus vir conſiderans plurimi Populi ſalutem, ſuper ripam fluminis porticum, quæ ducit ad beatum Petrum Apoſtolum, arctam, & anguſtam exiſtentem, per quam viam tranſeuntes ad eundem B. Apoſtolorum Principem Petrum perueniebant, pluſquam duodecim millia tuphos in litore aluei fluminis in fundamentis ponens, à ſolo vſque ad ſummum tectum,

mira

A miræ magnitudinis porticum reparauit, & vſque ad gradus beati Petri reſtaurauit, &c.

Hic fecit in Baſilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum arcus argenteos ſex penſ. lib. quinquaginta, &c. Item per nimis ſolertem curam, atque induſtriam, aquæ ductus Sabbatinæ à nouo formatæ, à fundamento ædificans, fautore ſuo beato Petro Apoſtolo, fluentem aquam perduxit tam in fontem Baſilicæ, qui per vehicula implebatur, quàm in atrium eiuſdem Baſilicæ, & ſimul in balneum, vtilitatem peregrinorum ibidem ſeruientium procurans, &c.

Hic verò egregius Sacerdos, ob nimium amorem Confeſſionem beati Petri totam intus auro puriſſimo in laminis, diuerſiſq; B hiſtorijs compte ornauit, pondera trecentarum librarum ponens, & in poſtem ſuperiori eiuſdem ſacræ Confeſſionis auri mundiſſimi libras treſdecim: pari modo & in ipſius Apoſtoli Confeſſionis liminari inferiori, lib. vigintiquinque. Aſpectum verò Altaris ſuper eandem Confeſſionem, atque dextra læuaque parte, iuxta gradus iam dictæ Confeſſionis, addens in ea argenti lib. centum triginta ſex, curioſe renouauit, eiuſque hiſtorias ex auro puriſſimo libr. decem & octo nitidiſſime deaurauit. Simulque & cantharas in eadem Dei Eccleſia Apoſtoli numero decem renouauit, addens in eis argenti lib. centum. Ante ianuas verò argenteas fecit caniſtros argenteos duodecim, penſ. C lib. triginta ſex. Simili modo & in Turre caniſtros argenteos duodecim, penſ. inibi lib. quadraginta quinque. In eadem quippe beati Petri Eccleſia per diuerſas coronas fecit delphinos ex argento libr. centum, &c.

Præſtantiſſimus idem eximius Antiſtes fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ad corpus imaginem, quæ dudum ex argento inerat, Saluatoris, ſanctæ Dei Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum Petri, ac Pauli, atque Andreæ, de auro puriſſimo miræ magnitudinis, penſ. lib. ducentas, &c. Item fecit patenam & calicem in Baſilica beati Petri Apoſtoli, pro quotidianis miniſterijs, ex auro D puriſſimo, penſ. ſimul lib. vigintiquatuor, &c. Præſertim in Altari maiori Eccleſiæ beati Petri Apoſtoli fecit ex auro puriſſimo diuerſas hiſtorias penſ. lib. quingenta nonaginta ſeptem: & intus in Confeſſione Imaginem in modum Euangeliorū ex auro obrizo, penſ. lib. viginti: ſimul & cancellos ante eandem Confeſſionem ex auro puriſſimo, penſ. lib. quinquaginta ſex. Qui fecit ſimul in Altari intus in ſacra, vltro citroque Confeſſionem, Imaginem in modum Euangeliorum: necnon & in poſtibus inferioribus, & ſuperioribus, atque cancellis, ſimul etiam, & circa cor-

pus ex auro obrizo lib. mille trecentas viginti octo, &c.] Hactenus Anaſtaſius de Hadriano Primo. A

ADNOTATIO II.

DE Vrbano Papa Secundo nullam pariter Romanus ille auctor Canonicus huius Baſilicæ, mentionem fecit, cùm multa de hoc Pontifice dicenda eſſent; ſed ſolum ipſius ſepulturam ſignificauit, id eſt, locum ſepulturæ. Itaque de rebus præclare geſtis huius Pontificis vide Baronium, Ciacconium, Platinam, qui optime de vita, rebuſque geſtis huius Pontificis ſcripſerunt. Nos tantum in eius laudes, ex Domnizone epitaphium in verſibus valde rudibus ponimus, quod ſic ſe habet. B

De vita ipſius Vrbani pp. II.

Epitaph. in laudem Vrbani pp. II. Bar. tom. 11. an. 1099.

NON ERAT HIC RECTOR TREMVLVS QVASI CANNVLA VENTO,
SED VELVTI FERRVM TRVNCABAT NOXIA VERBO;
VT CERVVM SERPENS, HÆRESVM SIC TVRBA TIMET QVEM.
CVNCTA SIBI PRAVA SVBDVNTVR DOGMATA, FALSA
NVNQVAM DECREVIT: LIBERTAS DENIQVE SEDIS
ROMANÆ PER EVM, SANCTVM PERAMAT QVIA PETRVM.
AVREVS ANTISTES, COLOR OPTIMVS EXTITIT IPSE
SCILICET VRBANVS, SANCTIS MERITO SOCIATVS.
TALEM VÆ ROMÆ CVM PERDIDIT VPILIONEM.
MORTVVS EST ROMÆ DIGNO CONDITVS HONORE, C
IVLIVS IPSE DIES BINOS CVM DAT PROPE FINEM,
ANNO MILLENO NONAGENOQVE NOVENO
A NATO CELSO DE PRIMA VIRGINE VERBO.

ADNOTATIO III.

DE donis factis à ſanctiſſimo Domino Papa Hadriano Primo huic Baſilicæ ſancti Petri in Vaticano, vel ipſius Canonicis, vide Anaſtaſium Bibliothecariũ in vita ipſius Hadriani Papæ I. qui optime non ſolum domocultam Capracorum, ſed etiam multa alia bona, reliquit beato Petro Apoſtolo, vt nos ſuperiùs D in prima annotatione, vbi agitur de donis huius Pontificis Hadriani, ſatis diximus.

XIII. De Oratorio beatæ Mariæ, quod eſt in Vaticano.

IVxta ſepulchrum Domini Vrbani eſt Oratorium beatę Matris Domini, quod conſtrui fecit Paulus Primus Papa: cuius parie-

tes

A tes optimo moſibo ex diuerſis metallis depinxit; vbi effigiem ſanctæ Dei Genitricis in ſtatu ex argento deaurato depinxit. In quo Oraculo etiam ſibi ſepulturam conſtruxit. Quod ſcilicet Oraculum propter multa corpora Sanctorum, quæ ibi ſepulta ſunt, & quę ipſe, ſicuti in ttanſlatione ſanctarum Dignæ, & Emeritæ legi, de Cimiterijs leuans ibi poſuit. Nam Vaticanum, locus ille dicitur, æneis cancellis clauſit. Vnde vſque ad tempora noſtra locum illum mulieres non intrabant. Hic prænominatus Papa Paulus, dum in Eccleſia B. Pauli æſtiuo tempore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine, illic vitam finiuit: vbi etiam ſepultus eſt, illicque fere trium menſium ſpatio eius ſumum hu-
B matum permanſit. Poſtmodum vero congregati Romani Ciues, & alię nationes, eius corpus per flumen Tyberis nauigio transfretantes, ad B. Petrum cum ſpalmodiæ honore deportauerunt; & in præphato ab eo conſtructo Oratorio eum ſepelierunt. Super cuius ſepulchrum eſt ſcriptum. HIC REQVIESCIT PAVLVS PAPA. Qui locus vſque hodie dicitur Sancta Maria in Oratorio, Ante hoc Oratorium beatæ Mariæ, ſcilicet, in Vaticano, eſt quoddam ſepulchrum Ioannis Cardinalis ſanctæ Anaſtaſiæ: cuius epitaphium eſt iſtud.

CLAVDITVR HOC TVMVLO VENERABILIS ILLE IOANNES,
C QVI LEGIS SACRÆ DIFFVNDERE NOVERAT OMNES.
EGREGIVS DOCTOR, VERBO QVÆCVNQVE DOCEBAT,
MORIBVS, ET VITAE TRIBVENS EXEMPLA GEREBAT.
HVNC A CANONICI DISTRICTO IVRE RIGORIS
NON TIMOR, AVT LVCRVM, NON GRATIA FLEXIT AMORIS.
DET DEVS AETERNVS COELORVM LVMINE PASCI,
CVI DAT ROMA MORI, DEDERAT BVRGVNDIA NASCI:
QVANDO VIR ISTE OBIJT, SI VIS COGNOSCERE VERVM;
SEPTIMA LVX MARTIS FVIT ILLI META DIERVM.

ADNOTATIO.

D

ROmanus Presbyter auctor noſter & huius Baſilicæ ſancti Petri Principis Apoſtolorum Canonicus, optime ſcripſit de Paulo ſanctiſſimo Papa Primo; ſed non ſatis: quoniam ipſe Pontifex vir optimus, & ſanctiſſimus fuit. Cuius rei, eius in Pontificatu geſta, vita innocener, pureque acta, & incredibilis morum, & vitæ ſanctitas, & quæ omnia de eo à fide dignis Auctoribus feruntur, fidem facilè facere poſſunt. Auctor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius, qui nonnulla ſcripſit de vita, & geſtis ipſius, ſan- In vita Pauli Primi.

De hac fund. monaſterij vide Baronio tom.9.ann.761.

ctiſſimum hunc Pontificem, inſtar diui Gregorij Primi, Secundique Papæ, in ſua propria domo à fundamentis Monaſterium ædificaſſe in honorem ſancti Stephani Pontificis Martyris, & ſancti Silueſtri Pontificis & Confeſſoris. Anaſtaſij hæc ſunt verba: [Hic ſanctiſſimus Præſul in ſua propria domo Monaſterium à fundamentis in honorem ſancti Stephani, ſcilicet Martyris, atque Pontificis, necnon & beati Sylueſtri, item Pontificis & Confeſſoris Chriſti, conſtruxit. Vbi & oraculum in ſuperioribus eiuſdem Monaſterij mœnijs ædificans, eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra clauſtra verò ipſius Monaſterij Eccleſiam miræ pulchritudinis à fundamentis nouiter conſtruxit: quam muſiuo, & marmoribus decorans, & omnem illius ornatum in auro argentoque, & diuerſis ſpeciebus largiens, ſed & Ciborium ibidem ex argento librarum fecit; illicque innumerabilium Sanctorum corpora, quæ de præfatis demolitis abſtulit Cimiterijs, maximo venerationis condidit affectu. In eodem quippe Monaſterio plurima contulit prædia, & poſſeſſiones, ac loca vrbana, vel ruſtica, ſuperflue, atque abundanter ditans auro, & argento, alijſque rerum ſpeciebus, & omnibus vtilitatibus. Vbi & Monachorum Congregationem conſtruens, Græcæ modulationis pſalmodiæ cœnobium eſſe decreuit, atque Deo noſtro Omnipotenti, & omnibus ibidem requieſcentibus Sanctis, magnis ſub interdictionibus ſedulè, ac indeſinenter laudes ſtatuit perſoluendas.]

Pergit etiam Auctor his verbis: [Hic (inquit) fecit nouiter Eccleſiam infra hanc Ciuitatem Romanam, in via ſacra iuxta templum Romuli, in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, vbi ipſi beatiſſimi Principes Apoſtolorum, tempore, quo pro Chriſti nomine Martyrio coronati ſunt, dum Redemptori noſtro funderent preces, propria genua flectere viſi ſunt. In quo loco etiam nunc eorum genua pro teſtimonio omnis in poſtremo venturæ generationis, in quodam fortiſſimo ſilice eſſe noſcuntur deſignata. Nam & infra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli foris muros huius Ciuitatis Romanæ, nouiter Oraculum in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit iuxta Oratorium ſancti Leonis Papæ, ſecus fores introitus ſanctæ Petronillæ, atque beati Andreæ Apoſtoli, muſiuo, & diuerſis metallis eum adornans. Vbi & effigiem ſanctæ Dei Genitricis in ſtatua ex argento deaurato, quæ penſ. lib. centum, conſtituit: in quo Oratorio, & ſepulturam ſibi conſtruxit, &c.]

Et hoc pertinet ad illud, quod à Romano Presbytero dictum eſt de Oratorio Pauli ſanctiſſimi Papæ Primi in Baſilica ſancti Pe-

A tri in Vaticano. Honufrius vero, de hac hiſtoria nihil aliud annotauit, niſi his verbis: [Quartum, in angulo eiuſdem Crucis Occidentem verſus, fuit ſacellum muſiueis figuris ornatiſſimum, & Altare ſanctæ Mariæ in Oratorio, conditum à Paulo Papa, in quo ipſe ſepultus fuit. Hoc Oratorium ingredi fœminis nefas fuit, ob multa Sanctorum Martyrum corpora, quæ idem Pontifex ex vicinis Vrbi Cœmeterijs ablata in eo collocauit.] Hæc ille dicit. Et nos hodie habemus copiam Priuilegij fundationis illius Monaſterij, quod dicitur Monaſterium ſancti Silueſtri in Campomartio Monialium, ab Honorio Papa IV. conceſſi, qui inde amouit Monachos Ordinis ſancti Benedicti, quibus aſſignauit Monaſte-
B rium, & Eccleſiam ſancti Laurentij extra muros, & illud virginibus Monialibus, quæ habitabant in Monte Ciuitatis Præneſtinæ, conceſſit. De quo Monaſterio fuit auctrix B. Margarita Colũnenſis, ſoror Domini Iacobi Cardinalis de Columnis, qui fecit tribunam Baſilicæ Liberianæ, cum Ioanne pariter Cardinali de Columnis, optimis muſiuis perornatam, cum hiſtoria Coronationis beatæ Virginis cum multis vbique Sanctis, & alijs etiam ad beatam Virginem attinentibus, à non ignara manu perfectis: de quibus nos copiosè loquuti ſumus in deſcriptione, atque delineatione eiuſdem Baſilicæ, vbi omnia videntur. Hi etiam Cardinales Iacobus, & Ioannes Columnenſes, fuerunt auctores huius
C Baſilicæ proſpectus, vbi videtur hiſtoria ſacroſanctæ feſtiuitatis Niuis, & fundationis à Liberio Papa illius Baſilicæ: vbi etiam ſunt multæ figuræ, atque Imagines diuerſarum Sanctarum muſiuo opere elaboratæ.

De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 41.

De hoc Monaſterio ſancti Silueſtri nos Deo adiuuante acturi ſumus in tertio volumine Eminentiſsimorum Cardinalium Titulorum, & in titulo ſancti Silueſtri in Campomartio à Leone Papa Decimo erecto, par. 1. lib. 6.

De hoc Cardinale Ioanne tituli ſanctæ Anaſtaſiæ in Baronio legitur: [Qui patrocinatus fuit electioni Alexandri Tertij.] Sed apud me valde dubitatur & non ſine fundamento. In temporibus enim Romani noſtri Auctoris exiſtebat ſepulchrum ipſius
D Ioannis Cardinalis ſanctæ Anaſtaſiæ: & Romanus hic fuit temporibus Eugenij Papæ Tertij, ſicut ipſe ait. Quomodo ergo potuit in electione ad ſummum Pontificatum Alexandro Papæ III. patrocinari, cum ipſe Ioannes ante electionem ad ſummum Pontificatum iſtius Pontificis Alexandri, circiter quindecim annos mortuus eſſet? Et tanto magis nos in noſtra ſententia permanemus, quòd in ipſius epitaphio ſepulchrali ſuperiùs à Romano Presbytero annotato legitur, fuiſſe ex natione Burgunda.

Baron. ann. 1159. tom. xij.

A

XIV. De Oratorio ſanctorum Proceſsi, & Martiniani.

AB alia parte iuxta portam æneam, qua itur ad ſanctam Petronillam, & ad ſanctum Andream, eſt Oratorium ſanctorum Proceſsi, & Martiniani martyrum, moſibo, & diuerſis lapidibus decoratum. Quod ſiquidem Oratorium conſtrui fecit beatæ recordationis Paſchalis Papa Primus ad eorum honorem. In quo ſiquidem Oratorio honorificè recondidit eos in concha porphyretica, vt apparet. Et pro reuerentia eorum, locum illum B cancellis æneis circumdedit. Qui locus in tanta veneratione eſt habitus, quòd vſque ad noſtra tempora locum illum mulieres non intrabant. Nam & in illo loco ſunt ſepulturæ ſanctorum Pontificum; & inde per directum, ſcilicet per porticum Pontificum, & vſque ad portam argenteam, ſunt ſepulturæ ſanctorum Pontificum.

ADNOTATIO.

HIc ſanctiſſimus Pontifex Paſchalis fuit vir caſtus, pius, innocens, magnanimus, loquela deuotus, pudicitia plenus, & nimis hilariter, iucundeque in eleemoſynis pauperum cuncta, quæ habebat, opportune diſtribuens, & omnibus virtutibus ple- C nus: qui multa in ſuo Pontificatu, & vita etiam, maxima bona fecit. Sed nos hic demonſtrabimus tantùm, quod pertinet ad hanc S. Petri Apoſtoli Baſilicam, ſicut in Anaſtaſio Biblioth. legitur his verbis: [Qui etiam gratiam hoſpitalitatis in peregrinis, & claudis, qui ob amorem beati Petri Apoſtoli de longinquis regionibus ad eius limina occurrebant, vtiliter præparans neceſſaria ſubminiſtrabat, & occultè, quibus egebant, hilariter erogabat. Et ſemper quotidie in Dei operatione creſcebat, vſquequo prædeceſſor eius Domnus Stephanus Papa de hac luce ad æternam beatitudinem migraſſet. Dum ergo per tanta bonæ operationis exempla præcipue, longe lateque fama diſcurreret, & Omnipo- D tens Deus regimen Eccleſiæ ſuæ ſub piæ gubernationis cura annueret apte moderateque diſponere; vna concordia, vna eademque voluntate, diuino interueniente conſultu, à cunctis ſacerdotibus, ſeu proceribus, atque omni Clero, necnon & optimatibus, vel cuncto Populo Romano, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, in Sedem Apoſtolicam Pontifex eleuatus eſt. Erat enim Patrum præceptorum, ſeu inſtitutorum Pontificum, atque Canonum, necnon legum, ſanctionumque, decentiſsimus

In vita ipſius Paſchal. pp. I.

A mus obſeruator, & cuique iuſtitiæ normæ à tempore ordinatio-
nis ſuæ nobiliſsimus promulgator: tardus ad iraſcendum, & ve-
lox ad miſerandum. Nullum malum pro malo reddens, neque
vindictam ſecundùm cuiuſquam commiſſum tribuens, ſed ſem-
per miſericors pia dilectione omnibus ciuibus, & à Deo com-
miſſo Populo Romano, amator, & gubernato rexiſtebat. Om-
nium etenim Eccleſiarum Dei ſummo ſtudio, atque ſumma pro-
uidentia pro ſolita religionis cura cultor, reſtaurator, atque in
omnibus deuotiſsimus exornator fuit.

Hic beatiſsimus Præſul multa corpora Sanctorum inuenit,
quæ & diligentiùs intra Ciuitatem ad honorem, & gloriam Dei
B honeſte recondidit. Rogam etiam omni Clero ſuo in Presbyte-
rio profecto multipliciter ampliauit, & omne theſaurum in ſa-
crario cœleſti recondidit, maximè propter captiuos, & exules,
eos non tantum à tranſmarinis regionibus viros, ac mulieres au-
ro, ſeu argento redimens, verùm etiam per longinqua viarum
itinera paſsim perquirendo, tam in Hiſpaniæ partibus, quamque
per ſingula loca inueniens, ſicut bonus & verus paſtor ad pro-
pria perduxit.

Fecit autem in ſacro Altari Beati Petri Principis Apoſtolorum
veſtem miræ magnitudinis pulchram, & decoratam, nimis ex
auro gemmiſque contextam, præfigurantem hiſtoriam, quali-
C ter idem Apoſtolus à vinculis per Angelum ereptus eſt. In eiuſ-
dem venerabili Baſilica ante aditum, qui ducit ad corpus in lo-
co ferrata, Altare conſtituit, in quo & venerandum beati Siſti
Martyris atque Pontificis corpus honeſtiſſime collocauit. Vbi &
deſuper arcum muſiuo ornatum decenter inſtruxit. Simili mo-
do in eadem ſacratiſſima beati Petri Apoſtoli Eccleſia iuxta in-
greſſum, qui ducit ad beatam Petronillam, Oratorium ſummæ
magnitudinis, atque pulchritudinis decoranter conſtruxit. Et
ſuper columnas in quadrificio camerantes, muſiuo, pulchriſque
metallis decorauit. In quo & corpora beatiſſimorum Martyrum
Proceſſi & Martiniani, ad honorem, & gloriam omnipotentis
D Dei, memorialiter, honorificeque recondidit. In cuius abſidam
Imaginem pulcherrimam de argento exauratam, cum diuerſis
hiſtorijs inter marmorum concruſtationes ordinatas infixit, quæ
penſant lib. ſexaginta duas, & ſemis; ſimulque, & lilia de argen-
to, penſ. libras decem & ſeptem, & vncias duas. Necnon &
gabathas ex argento puriſſimo, numero ſeptem, penſ. ſimul lib.
tredecim, ſemis, & vncias duas. Imagines etiam de argento
exauratas fecit in eodem venerabili loco numero tres; vnam Sal-
uatoris Domini noſtri IESV CHRISTI, & duas aliorum beato-
rum

Dona in Baſilica beati Petri facta à Paſchali Primo.

Altare S. Xiſti pp. & Martyr à Paſch. I. papa ædific. vbi requieuit ipſius ſanctiſsimum corpus.

Oratorium ſanctorum Proceſſi, & Martiniani à Paſch. pp. I.

rum Martyrum Proceſſi, & Martiniani, penſ. inſimul lib. triginta & ſex. Necnon & aliam Imaginem ex auro puriſsimo obtulit ad ornatum iam præfati Oratorij, penſ. lib. treſdecim, & vncias tres. Simili modo caniſtros ex mūdiſsimo argento numero octo, penſ. omnes libras tres & quadraginta. A

Pariterque, & concham ad ſpongiam pro nocturnis diligentijs ibidem ex argento conſtituit, penſ. lib. ſeptem, & vncias nouem. Imò & claues in modum crucis, auro puriſsimo, ſeu gemmis miræ decorationis exornatas, in eodem venerabili loco meritò decorauit, quæ penſ. lib...... Vbi etiam regularem ordinauit, quem laminis argenteis ſuperinduxit, penſ. lib. viginti. Super quem conſtituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor, quæ ſimul penſ. lib. ſexaginta. Propitiatorium etiam Altaris ex laminis argenteis exornatum circumduxit, atque ſacram Confeſsionem eius interiùs exteriuſque cum regulis ſuis nobiliſſime circumſtruxit, quæ ſimul penſant lib....... Et ſuper Altare eorundem beatiſsimorum Martyrum veſtes duas inſtituit, ex quibus vnam de fundato cum cruce de chriſoclauo, & alteram de quadrapulo mirifice exornauit. Vela quoque maiora de fundato numerò ſeptem cum periclyſi de blattin circumſuta ſimiliter decorauit, &c. B

Hic præclarus, & venerabilis Pontifex fecit in Eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis nutritoris ſui vela de chryſoclauo per arcus Presbyterij habentia hiſtoriam de mirabilibus Apoſtolorum, quæ per eos Dominus operari dignatus eſt, numero quadraginta & ſex, &c. C

Sed neque illud prætereundum eſſe exiſtimamus: Dum quadam die ad B. Principis Apoſtolorum Eccleſiam pergeret, quatenus apud eundem beatum Petrum Apoſtolum ſolito more vigilias celebraret, & ante eiuſdem Confeſsionem matutinales luceſcente Dominica laudes reſidens decantaret; ſubito depreſſus ſopore vidit adſiſtentem ſibi virginali aſpectu puellam Angelicis veſtibus decoratam, talia locutionis affamina protuliſſe dicens: Multas tibi gratias referimus, quia certamen, quod de me diu poſueras, fruſtratorias relationibus peruulgatis aures accommodans, reliquiſti. Quippe qui tanto penes me fuiſti, vti proprio loqui inuicem ore valeremus. Hæc iam ſæpe præfatus Pontifex diligenter audiens ſtudioſe requirere cœpit, quæ eſſet ipſa, quæ talia illi verba diceret, vel quo nomine vocaretur. Cui illa reſpondit: Si nomen inquiris, Cæcilia famula Chriſti vocor. Ad quam ſummus inquiens Præſul: Quomodo hoc credere poſſum, eo quod olim fama relata ſit, quatenus eiuſdem venerabi- D

lis

A lis Chriſti Martyris Cæciliæ corpus ab Ariſtolpho Longobardorum Rege hoſtiliter Romæ reſidente, furtim, & ab illius hominibus fuiſſet ablatum? Cui talia venerabili Pontifici intimanti, omnipotentis Dei famula dixit: Quia me deſideranter, vt inuenirent Longobardi, quæſiuerunt, omnino verum eſt. Sed Domini mei IESV CHRISTI opitulatione, & Dominæ meæ ſanctæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis MARIÆ auxilio, neque me inuenire, neque deportare, ſicut voluerant, hinc longiùs potuerunt. Et ideo ſicut me quærere cœpiſti, qualiter me inuenias, aſſiduo labori non deſiſtas incumbere; quia Domino Deo, pro cuius amore, & honore paſſa ſum, placuit, vt me inuenias, & in Ec-
B cleſia, quam nouiter conſtruxiſti, recondas. Et hæc dicens ab oculis aſpicientis ablata eſt. Tunc idem venerandus Pontifex matutinalibus laudibus perſolutis, pro tam certæ & indubitabilis reuelationis iudicio cœpit hac illacque operoſiùs quærere, vbi ſacratiſſimum eius corpus iaceret humatum. Quod tribuente Deo dum ſolicitè quæreret, reperit in cimiterio Prætestati ſito, foris portam Appiam, aureis illud veſtitum indumentis, cum corpore venerabilis ſponſi ſui Valeriani; pariterque & linteamina Martyris ipſius ſanguine plena, quando ab impio percuſſa carnifice, Chriſti Domini Martyr eſt regnantis in ſæcula conſecrata. Quibus, & linteaminibus ſanguis ſanctæ Martyris exterſus in-
C uoluta, ad pedes illius corporis ſacratiſſimo cruore plena, de trina carnificis percuſſione reperta ſunt. Quæ cuncta ſuis pertractans manibus collegit, & cum magno honore infra muros huius Romanæ Vrbis in Eccleſia nomine ipſius ſanctæ Martyris dedicata, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, eiuſdem Virginis corpus cum chariſſimo Valeriano ſponſo, atque Tyburtio, & Maximo Martyribus, necnon Vrbano, & Lucio Pontificibus, ſub ſacroſancto Altari collocauit.] Et multa alia dona dedit, quæ breuitatis cauſa relinquimus.

Paſchalis I. ex ſanctæ Cæciliæ reuelatione inuenit eius corpus.

De Altare ſancti Martialis. XV.

D EST etiam ibi poſt Chorum Canonicorum Altare ſancti Martialis diſcipuli beati Petri.

ADNOTATIO.

DE hoc Altare Presbyter Romanus noſter auctor, huius Baſilicæ Canonicus, nullum verbum fecit: ſed Honufrius his verbis adnotauit. [Nonum Altare ab eadem parte, fuit ſancti Martialis diſcipuli ſancti Pauli Apoſtoli, antiquum, & magnæ

De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 42.

venerationis. Hæc omnia Altaria & Sacella fuerunt à dextra Baſilicæ, in tranſuerſa naui ſupra Eccleſiæ periſtylia.] Quod nihil ad nos. Dicimus ſolùm, eſſe maximam controuerſiam inter Romanum Presbyterum, & Honufrium: quoniam ipſe vult ſanctum Martialem, diſcipulum fuiſſe D. Petri; & Honufrius, D. Pauli. Videri poteſt Laurentius Surius; quoniam in Martyrologio Romano nihil inuenimus. A

Vide Surium.

XVI. De Eccleſia S. Petronillæ Virginis.

De Eccl. S. Petronillæ.

INfra Palatium verò Neronis eſt Templum Apollinis, quod nunc vocatur ſanctæ Petronillæ, in quo eſt reconditum corpus eiuſdem Virginis, ante quod eſt Baſilica ſancti Angeli, quæ vocatur Vaticanum, mirifico moſibo laqueatum auro, & vitro. Ideo verò dicitur Vaticanum, quia Vates, id eſt, Sacerdotes antiquitus canebant ibi ſua officia ante Templum Apollinis. Et ideo tota illa pars dextra Baſilicæ beati Petri, qua itur per porticum Pontificum, & vſque ad portam argenteam, vocatur Vaticanum. Ibique eſt aliud Templum, quod fuit Veſtarium Neronis, quod modò vocatur ſanctus Andreas: in cuius Altare beatus Gregorius Papa, vt à noſtris maioribus accepimus, recondidit brachium ſancti Andreæ Apoſtoli, & B. Lucæ Euangeliſtæ; quæ cum magna deuotione detulit à Conſtantinopoli, B C

ADNOTATIO I.

Tom. 1. ann. 69. in vita Hadriani.

DE Virgine ſancta Petronilla, Petri Principis Apoſtolorum filia, ſcribit Baronius in Annalibus Eccleſiaſticis, vbi multa dicit, & etiam in adnotation. ad Martyrologium Romanum, vbi his verſibus.

TVM PRIDIE PETRONILLA PETRI DE GERMINE SANCTO,
FVLGIDA VIRGO MICAT, CHRISTI TRABEATA DECORE.

Anaſt. Bibl. pag. 169

Mart. lib. 5. cap. 21.

Eccleſ. S. Petronillæ fuit Apoll. templum quod hodie nihil videtur.

Gellius lib. 18. in noct. Attic.

Nos hic dicturi ſumus breuiter de Auctore Eccleſiæ huius Virginis Petronillæ; ſimul etiam de donis ipſi Eccleſiæ à multis ſūmis Pontificibus Romanis, & ab alijs Principibus Chriſtianis factis. Et primò adducimus, quod Marlianus de Diuæ Petronillæ Eccleſia ſuo tempore dixit, vbi de Vaticano nonnulla adnotauit, cuius verba hæc ſunt: [Ad eundem montem, Apollinis templum fuiſſe, vbi nunc Sacellum Diuæ Petronillæ; quod temporibus noſtris fuit demolitum. Martis verò, vbi Diuæ Mariæ de febribus, in via olim Triumphali, quidam tradidere; ſed Auctorem idoneum non adducunt. Tullium Paulum Poetam prædiolum in Vaticanum poſſediſſe memorat Gellius, &c.] Hæc Marlianus D

de

A de Eccleſia ſanctæ Petronillæ ſancti Petri filiæ in Vaticano, de monte & valle Vaticana, longè, & eruditè ſcripſit.

Blondus Flau. in ſua Roma inſtaurata pag. 5. & Honufrius de hac Eccleſia nil aliud dixit, niſi hæc: [A dextero verò latere templum ſanctæ Petronillæ, vbi corpus eius diu quieuit.]

De 7. vrbis Eccleſ. pag. 47.
Templum ſanctæ Petronillæ à Paulo pp. I. conſtructum.

Baronius ſcribit fuiſſe antiquiſſimum cœmeterium ſanctæ Petronillæ dictum, ex quo beatus idem Pontifex ſacrum corpus eiuſdem Sanctæ ſublatum tranſtulit apud Baſilicam Vaticanam. Hæc idem Baronius, qui pergit dicere paulo inferius de Petronilla loquens his verbis: [Petronillæ autem memoriam apud ſancti Petri Baſilicam in Vaticano fuiſſe, idem Anaſtaſius inferiùs B in eodem Paulo, dum agit de Oratorio illic ab ipſo conſtructo, his verbis meminit: Intra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli foras muros huius Ciuitatis Romanæ, nouiter oraculum (Oratorium ſcilicet) in honorem ſanctæ Dei Genitricis conſtruxit iuxta Oratorium S. Leonis Papæ, fores introitus ſanctæ Petronillæ, atque beati Andreæ Apoſtoli, muſiuis, & diuerſis metallis eum adornans ibi, & effigies ſanctæ Dei Genitricis in ſtatua ex argento deaurato, quæ penſat libras centum, conſtruxit: in quo Oraculo & ſepulturam ſibi conſtruxit. Hæc Anaſtaſius.]

Tomo 9. ann. 758. Pontif. Pauli pp. I.

In vita Pauli Primi.

De donis factis huic Eccleſiæ ſanctæ Petronillæ, idem Anaſtaſius ait: [Inueſtiuit (nempe Leo Papa Tertius) verò Altare beatæ C Petronillæ ex argento puriſſimo deaurato diuerſis ornatum picturis vndique, penſ. lib. centum ſexaginta & duas, & vncias octo, &c.] Itaque de donis, alijſque bonis, ſic etiam precioſis ornamentis, & reſtaurationibus, quæ pertinent ad Eccleſiam ſanctæ Petronillæ, multis in locis ſuperiùs in noſtris adnotationibus loquuti ſumus, factis à nonnullis ſummis Pontificibus, & infra etiam ſuo loco dicturi ſumus. Et de ipſo ſanctiſſimo Papa Leone aliàs ait Anaſtaſius: [Necnon & ſuper altare Beatæ Petronillæ vbi ſupra fecit Regnum aureum cum gemmis precioſiſſimis, penſ. lib. duas, & vncias tres.] Pergit infra etiam Auctor dicere: [Fecit autem venerabilis, & præclarus Pontifex ſuper Al-D tare beatæ Petronillæ Ciborium cum columnis porphyreticis ex argento puriſſimo, miræ magnitudinis decoratum, penſ. lib. trecentas quadraginta octo, atque imaginem argenteam, ſtantem ſub arcu de ipſo Ciborio, penſ. lib. decem, & ſemis.]

In vita Leonis Tertij papæ.

ADNOTATIO II.

De Oratorio ſancti Gregorij Papæ nullam Auctor iſte Romanus mentionem fecit. Nos aliquid, Deo fauente, hic annotabimus. Et primò, Honufrius loquens de Oratorio iſto ait:

De 7. Vrbis Eccleſ. cap.4. pag. 44.

[In Eccleſiæ fine, vbi ſedent Pœnitentiarij, eſt Oratorium, & Altare ſanctorum Andreæ, & Gregorij, à Gregorio Papa Quarto factum; ſub quo iacet corpus eiuſdem ſancti Doctoris. In Ciborio verò, quod eſt ſupra Altare, extat caput ſancti Andreæ Apoſtoli, à Pio Secundo locatum, & lanceæ ferrum, quo Domini noſtri IESV CHRISTI latus perforatum eſt, à Magno Turcarum Rege Baiazete Innocentio Octauo Papæ dono miſſum. Id eſt vnum ex ſeptem Altaribus, quæ priuilegijs, & indulgentijs ornata in Baſilica Vaticana extant.] Et Anaſtaſius Bibliothecarius loquens de translatione beati Gregorij corporis, hæc verba habet: [Et quoniam tunc diuino ignis amore ſuccenſus, corpus beati Gregorij huius vniuerſalis Eccleſiæ Præſulis, per quem Sancti Spiritus gratia toto orbe terrarum inextinguibile ſapientiæ munus induxit; & loco, ſepultum quo prius fuerat, tulit, & non longè ab eo in alium nouiter cōſtructum infra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ſummo honore perduxit: eiuſque ſacrum Altare argenteis tabulis vndique perornauit, & Oratorium ſuo ſancto nomine titulauit; abſidamque eiuſdem ſuperaurato muſiuo depinxit. In quo ſcilicet Oratorio, ſanctorum corpora beatorum Martyrum Sebaſtiani, Gorgonij, ac Tyburtij, ex Cœmeterijs, in quibus ante iacebant, perduxit: & vnumquodque eorum ſeparatis Altaribus collocauit. Pro quibus denique Pontificatus ſui tempore, vt Monachi, qui ad officium perſoluendum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes Omnipotenti Domino canere non deſiſtant. Obtulit autem in eodem Oratorio vela maiora, vel modica ſerica decem & octo. Veſtes ſuper Altare, ſub quo ſanctiſsimi Gregorij Papæ corpus quieſcit, tres: vnam cum chryſoclauo habentem hiſtoriam.... & ſuper vnumquodque Altare prædictorum Martyrum veſtem de fundato vnam. Imagines denique deſuper deargentatas, necnon auro perfuſas, tres, habentes vultum Domini, & eorum depictos, quorum ſpecialia ibidem corpora humata, miraculis, ac virtutibus pollent.] Hæc Anaſtaſius.

In vita Gregorij papæ Quarti.

A B C D

XVII. De ſanctis Pontificibus, qui in Vaticano requieſcunt.

IN hac dextra parte Baſilicæ beati Petri, ſcilicet, in Vaticano, & per directum per porticum Pontificum, qua itur ad ſanctum Gregorium Papam egregium Doctorem, & vſque ad portam argenteam, ſunt ſepulturæ ſanctorum Pontificum. In quibus nimirum ſepulturis, ſicut in libro Pontificum, & in eorum quoque

A que ſepulchris, ſcriptum inueni, vel à maioribus noſtris ſæpe accepimus, requieſcunt iſti venerabiles ſubſcripti Pontifices, videlicet.

Vbi requieſcit beatus Linus Papa, & cæteri, qui ſequuntur.

XVIII.

LInus Papa, & Martyr, qui ex præcepto beati Petri conſtituit, vt Mulier in Eccleſia velato capite introiret, ſepultus iuxta corpus beati Petri in Vaticano. Nam multa corpora ſanctorum Epiſcoporum, & ſanctorum Virorum, ob reuerentiam B beati Petri ibidem ſepulta ſunt.

De Corpore beati Lini.

Plat. Ciac. Honufr. Baronius in vita Lini ann. 80.

ADNOTATIO.

LIini ſepulturæ omnes, qui de vita, & geſtis Romanorum Pontificum ſcripſerunt, nullum præcipue locum aſſignarunt: ſed tantùm apud ſanctum Petrum ſepultum eſſe dixerunt iuxta corpus B. Petri Apoſtoli, quod idem eſt.

TEXTVS.

Cletus Papa, & Martyr, qui tertius poſt Apoſtolum Petrum cùm rexiſſet Eccleſiam annis duodecim, perſequutione Domitiani martyrio coronatus eſt, & ſepultus in Vaticano.

C

ADNOTATIO.

Auctor Romanus nonnulla prætermiſit ſancti Cleti Papæ, de tempore, rebuſque geſtis. Ad quod Anaſtaſius optimè adnotauit, ſicut etiam Baronius ibi late, & eruditè hanc hiſtoriam ſcripſit.

In vita S. Cleti Bar. tom. 1. ann. 82. vſq; ad 92.

TEXTVS.

Anacletus Papa, qui fuit ordinatus Presbyter à B. Petro Apoſtolo, & ſepultus in Vaticano.

ADNOTATIO.

Auctor noſter Romanus de vita, & geſtis huius Pontificis Anacleti ſanctiſſimi Athenienſis, pauca, vel potius nihil dixit, prætermittens tempus eius Pontificatus, qui in Cathedra beati Petri D ſedit annos nouem, menſes tres, & dies decem; quòd fuit temporibus Domitiani; & alia ab Anaſtaſio ſcripta. Qui Pontifex memoriam beati Petri conſtruxit, id eſt, Eccleſiam, ſeu alia loca, vbi Epiſcopi reconderentur ſepulturæ; vbi autem & ipſe ſepultus eſt in pace, iuxta corpus B. Petri. Et multa alia de beato Anacleto ſcripta ſunt: ſed nos breuitatis cauſa relinquimus.

Obitus Anacl. Martyrolog. Rom. 13. Iulij.

TEXTVS.

Euariſtus Papa, qui conſtituit ſeptem Diaconos, qui cuſtodirent Romanum Pontificem.

AD-

ADNOTATIO. A

De huius Pontificis rebus geſtis multa Romanus Auctor noſter omiſit. Quoniam ipſe Euariſtus non ſolum ſeptem Diaconos conſtituit, vt cuſtodirent Epiſcopum Romanum prædicantem propter ſtylum veritatis; ſed etiam Titulos in Vrbe Roma diuiſit Presbyteris. De quibus, nos Deo adiuuante, latiùs in primo tomo Titulorum Cardinalium acturi ſumus. De temporibus huius Pontificatus vide Anaſtaſium, & Baronium.

Bar. tom. 2. an. 112. Plat. in vita ipſius.

TEXTVS.

Xiſtus Papa, & Martyr, natione Romanus. Hic fuit ſepultus iuxta ferratam prope corpus beati Petri, vbi adhuc eſt arcus de moſibo, quem fecit fieri Paſchalis Papa Primus. B

ADNOTATIO.

De vita, rebuſque geſtis beati Siſti Papæ & Martyris multa fuiſſent dicenda, à Romano huius Baſilicæ Canonico omiſſa. Nos nonnulla hic Deo fauente ſignificabimus. Et primò Anaſtaſius ait: [Conſtituit vt vaſa ſacrata non tangerentur, niſi à miniſtris. Hic conſtituit, vt quicumque Epiſcoporum euocatus fuiſſet ad ſedem Romanam Apoſtolicam, & rediens ad Parochiam ſuam, non ſuſciperetur niſi cum formatis ſalutationibus ad plebem à Sede Apoſtolica, &c.] Et Honufrius loquens de huius ſancti Pontificis, & Martyris translatione, dum deſcribit Altaria, vel Sacella huius Baſilicæ, hæc habet: [Primum ad dexteram Altaris C maioris in tranſuerſa Baſilicæ parte, quam Crucem Eccleſiæ vocant, verſus abſidam, fuit Oratorium, & Altare ſancti Xiſti Papę & Martyris, ſub quo à Paſchali Secundo Papa ſepulta fuere corpora ſanctorum Pontificum Xiſti ipſius, Fabiani Martyrum, & Sergij Secundi.]

In vita Xiſti pp. I.

Bar. tom. 2. ann. 142.

De 7. Vrbis Eccleſ. cap. 4. pag. 41.

Altare, & Oratoriũ s. Xiſti.

TEXTVS.

Teleſphorus Papa, & Martyr, qui conſtituit ſeptem epdomadas ante Paſcha ieiunium celebrari; & in nocte Natalis Domini Miſſas celebrari, & GLORIA IN EXCELSIS DEO, ante ſacrificium dici.

ADNOTATIO. D

Presbyter Romanus, & huius Baſilicæ Canonicus, optime de rebus geſtis Teleſphori Papæ ſcripſit; ſed non ſatis mentionem fecit de multis, quorum nos breuiter aliqua demõſtrabimus. Telepshorus Pontifex natione Græcus ex Anachorita ſedit annos vndecim, menſes tres, dies viginti duos. Fuit autem temporibus Antonini, & Marci: de cuius vita & geſtis Baronius adducit Tertullianum, vbi adnotauit nonnullos verſus pro ſancto iſto Pontifice, qui ſunt iſti.

Vide Tertul. in carmin. contra Marc. lib. 3. in fine.

Anaſt. in vita Teleſphor. pp.

Bar. tom. 2. an. 142. & 154.

POST

A POST EXPLETA SVI QVI LVSTRI TEMPORA TRADIT
TELESPHORO: EXCELLENS HIC ERAT, MARTYRQVE FIDELIS.

At Anaſtaſius ait: [Martyrio coronatus eſt, qui ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano nonis Ianuarij. Qui fecit ordinationes quatuor per menſem Decembris, Presbyteros duodecim, Diaconos octo. Et ceſſauit Epiſcopatus dies ſeptem.]

TEXTVS.

Yginus Papa, & Martyr, qui compoſuit Clerum, & diſtribuit gradus.

ADNOTATIO.

B Huius Pontificis Hygini natione Græci Athenienſis res geſtas Canonicus Romanus non omnino adnotauit. Nos autem dicimus, annos quatuor, menſes tres, & dies octo ſediſſe in Cathedra Petri. Fuit enim temporibus Veri, & Marci, à Conſulatu Magni, & Camerini, vſque ad Orphitum, & Priſcum. Nonnulla alia leguntur in Anaſtaſio, quæ nos relinquimus, & tantum hic annotabimus, his verbis: [Qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano iij. Idus Ianuarij, & ceſſauit Epiſcopatus dies tres.]

Bar.tom.2.ann.154. in vita Hygini Papæ.

Vide Anaſtaſium in vita Hyginij; Papæ ann. 154.

TEXTVS.

Pius Papa, frater beati Paſtoris Presbyteri: ſub cuius tempore C Hermes librum ſcripſit, qui appellatur Paſtor, quia in habitu Paſtoris Angelus ei apparuit.

ADNOTATIO.

Auctor noſter huius Baſilicæ Canonicus hìc de rebus geſtis Pij Papæ I. fratris ſancti Paſtoris de Ciuitate Aquileia, nihil adnotauit: ſed tantùm fuiſſe fratrē beati Paſtoris Presbyteri. Ad intelligētiam enim huius hiſtoriæ oportebat dicere, ab Hermete præfato librum conſcriptū, continentem mandatum, quod ei præceperat Angelus Domini, ad ipſum veniens in habitu Paſtoris, nempe, vt ſanctum Pashca die Dominico celebraretur. De hoc Pontifice ita Anaſtaſius: [Hic etiam conſtituit, hæreticum venientem D ex Iudæorum hæreſi ſuſcipi, & baptizari: & conſtitutum de eccleſia fecit, &c. Hic ex rogatu B. Praxedis dedicauit Eccleſiam Thermas Nouati in vico Patricij in honorem ſororis ſuæ ſanctæ Potentianæ, vbi & multa dona obtulit; vbi ſæpius ſacrificium Domino offerens miniſtrabat. Imo & fontem Baptiſmi conſtrui fecit, manu ſua benedixit, & conſecrauit, & multos venientes ad fidem baptizauit in nomine Trinitatis.] De quo titulo, Deo volente, nos acturi ſumus late, & copioſe in tomo 2. de titulis Presbyterorum Cardinalium. Multa etiam de rebus geſtis Pij Papæ

Bar.ann.162.&159. tom.2.&6. & Martyrol. die 2. Iulij.

Vide Anaſtaſium, & Platinam in vita Pij Papæ I.

Primi

Primi leguntur, eiuſque temporibus, in Platina, & in Anaſtaſio A Bibliothecario, vt ſupra; & Baronius copioſe de vita & moribus huius ſanctiſſimi Pontificis loco ſupradicto dixit, & etiam in adnotatione Martyrologij Romani. Qui ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

TEXTVS.

Eleuther Papa, qui præcepit vt nulla eſca vſualis à Chriſtianis repudiaretur.

ADNOTATIO.

Multa de Eleutherij Pontificis & Martyris rebus geſtis dicenda ſunt; ſed Romanus ille pauca ſignificauit: nos autem aliquid B hic dicemus. Pontifex iſte Eleutherius fuit natione Græcus, de oppido Nicopoli. Sedit in Cathedra ſancti Petri annos quindecim, menſes ſex, dies tredecim. Rexit Eccleſiam temporibus Antonini. Accepit etiam epiſtolam à Britanniæ Rege Lucio, vt Chriſtianus efficeretur per eius mandatum: & multa alia decreta, quæ in Baronio leguntur. Nos verò hic indicauimus tantùm ſuam ſepulturam: qui etiam ſepultus eſt iuxta corpus beati Petri in Vaticano.

Tom. 2. ann. 183. & 179.

TEXTVS.

Victor Papa, & Martyr, qui conſtituit vt ſanctum Paſcha die Dominico celebraretur. Hi omnes, ſicut in Pontificali legitur, in C Vaticano quieſcunt.

ADNOTATIO.

Neque etiam Romanus iſte Canonicus auctor noſter, de huius Pontificis rebus geſtis plene ſatisfecit; ſed vnum tantum huius Papæ decretum ſcripſit, quod etiam illud Eleutherius conſtituit. Nos autem in pauca conferemus. Hic Victor ſummus Pontifex Africanus in Cathedra ſancti Petri annos decem, menſes duos, dies decem ſedit. Fuit temporibus Helij Pertinacis, & Seueri, à Conſulatu Commodi quinto, & Glabrionis vſque ad Lateranum, & Ruffinum. (vt Anaſtaſius ait) Multa alia in ſuo Pontificatu propter bona Eccleſiæ fecit, ſicut Baronius, & Anaſtaſius, quæ D nos breuitatis gratia omittimus.

Anaſt. in vita ipſius Pont.
Tom. 2. ann. 198.
Anaſt. in vita Victoris.

TEXTVS.

Leo Papa Primus, qui miſit epiſtolam Flauiano Epiſcopo de Incarnatione Domini, & fecit ſermones contra hereticos. Hic iacet in Altari ſancti Leonis Quarti Papæ, ſicut ſupra dictum eſt.

ADNOTATIO.

De rebus, præclariſque geſtis ſancti Leonis Papæ I. Pontificis ſanctiſſimi vide Baronium & Anaſtaſium. Quoniam nihil dixit auctor noſter Romanus huius Baſilicæ Canonicus, de tanto Pontifice,

Tomo ſexto, ex Leonis epiſt. 52. & ann. 450. & 452. & 461. vbi citat Gregor. Turon. miracul. lib. 1. cap. 28.

A tiſice, qui Eccleſiam Dei illuſtrauit: & hanc veriſſimam hiſtoriam non ſolùm prædicti ſupracitati Auctores oſtendunt, verùm etiam ipſius ſcripta, quæ omnibus in toto terrarum orbe clareſcunt. Hic Pontifex verè fuit norma, & ſpeculum omnibus Romanis Pontificibus ſuis ſucceſſoribus. Itaque non audeo dicere de tanto Pontifice verbum, ſed potiùs ſilentio vti iudicamus, quoniam valde quidem timeo, ne pauca loquendo de rebus geſtis ipſius ſanctiſſimi Pontificis, maximam iniuriam mirabilibus eius factis inferam. De ipſius Altari in hac Principis Apoſtolorum Baſilica ſuperiùs in noſtris adnotationibus ad tit. xj. fol. 24. & ſeqq. ſatis diximus: quo loco appoſuimus etiam eius epitaphium, à Sergio B in translatione eius corporis factum.

TEXTVS.

Simplicius Papa, qui conſtituit ad ſanctum Petrum, & ad ſanctum Paulum, & ſanctum Laurentium, & ad ſanctam Mariam Maiorem, vt per hebdomadas Presbyteri Cardinales ibi manerent propter pœnitentes, & baptiſmum.

ADNOTATIO.

De vitæ ſanctitate, præclariſque rebus geſtis Pontificis ſanctiſſimi Simplicij multa ſunt dicenda, quæ Romanus huius Baſilicæ Canonicus omittit, vel pauca commemoratus eſt. Sed nos aliquid hic adnotabimus, dum ad Anaſtaſium, & Platinam, & ad C alios Auctores, qui vitam ſanctorum Romanorum Pontificum, reſque geſtas ſcripſerunt, nos conferimus. Et Anaſtaſius quidem de hoc Pontifice ita loquitur: [Hic dedicauit Baſilicam ſancti Stephani in Cœlio Monte, in Vrbe Roma; & Baſilicam beati Andreæ Apoſtoli iuxta Baſilicam ſanctæ Mariæ: (de qua ſatis in deſcriptione noſtra Baſilicæ ſanctæ Mariæ Maioris egimus) & aliam Baſilicam ſancti Stephani iuxta Baſilicam ſancti Laurentij: & aliam Baſilicam intra Vrbem iuxta Palatium Licinianum beatæ Martyris Bibianæ, vbi corpus eius requieſcit, &c. Hic etiam fecit in Eccleſia Romana ſcyphum aureum penſantem lib. quinque. Canthara argentea ad B. Petrum Apoſtolum ſexdecim, D penſ. ſing. lib. duodecim.] Multa alia bona fecit hic ſanctiſſimus Præſul. De cuius temporibus vide Baronium, qui multa adnotauit, & Auctores ſuperius adductos. Pergit Anaſtaſius: [Hic ſepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli.] Quod pertinet ad Baſilicam ſancti Andreæ Apoſtoli, nos in Tribuna huius Baſilicæ, quæ eſt valde diruta, vnicum vidimus de ea monumentum à Platina conſeruatum; quod hìc memoriæ cauſa erigam; ait enim Platina: [Hoc autem in templo, hæc carmina legiſſe memini, muſiuo opere deſcripta.

Vide Anaſt. & Plat. in vita ipſius.

Tom. 6. ann. 478.

Bar. tom. 6. ann. 483
Res geſtæ per Simplicium Papam.

HÆC TIBI MENS VALIDE DECREVIT PRÆDIA CHRISTE, A
CVI TESTATOR OPES DETVLIT ILLE SVAS.
SIMPLICIVSQVE PAPA SACRIS COELESTIBVS APTANS
EFFECIT VERE MVNERIS ESSE TVI.
NE QVOD APOSTOLICI DEESSENT LIMINA NOBIS,
MARTYRIS ANDREAE NOMINE COMPOSVIT.
VTITVR HAEC HERES TITVLIS ECCLESIA IVSTIS,
SVCCEDENSQVE DOMO MYSTICA IVRA LOCAT.
PLEBS DEVOTA VENI, PERQVE HAEC COMMERCIA DISCE,
TERRENO CENSV REGNA SVPERNA PETI.)

Hactenus vetus inſcriptio. Sed hic non eſt prætermittendum, B & ſilentio vtendum, quod ipſe Baronius in rebus geſtis huius Pontificis inuenit in antiquis inſcriptionibus, his verbis: [In antiquarum Inſcriptionum volumine de eodem Simplicio, quòd fecerit in Paradiſo, (erat locus amœnus iuxta Baſilicam ſancti Petri dictus) ædificium, eſt eiuſmodi antiqua deſcriptio hoc titulo.

Antiq. inſcr. appēd. pag. 920. nu. 1.

CVM SVBITIS PERAGI FALLAX CLEMENTIA VERIS,
ET SACER ADDENDO FESTA VETARET AQVIS,
SIMPLICIVS PRAESVL SACRARIA CELSA PETENTEM,
PONTICIBVS IVNCTIS TEXIT AB IMBRE DIEM.

Ibidem ſub hoc titulo ſuper limina introitus Eccleſiæ. C

Antiq. inſcr. appēd. pag. 920.

QVI REGNI CLAVES, ET CVRAM TRADIT OVILIS,
QVI COELI, TERRÆQVE PETRO COMMISIT AVENAS,
VT RESERET CLAVSIS, VT SOLVAT VINCLA LIGATIS,
SIMPLICIO NVNC IPSE DEDIT SACRA IVRA TENERE,
PRÆSVLE QVO CVLTVS VENERANDÆ CRESCERET AVLÆ.)

S. Paulin. in epiſtol 31. Tom. 1. ann. 57.

Paradiſ. Baſil. ſancti Petri.

Atrium ante Baſilicam ſancti Petri dictum Paradiſum à Symmacho & alijs.

De loco huius Paradiſi Baſilicæ Vaticanæ, quod atrium dici poteſt, loquitur Baronius, vbi adducit epiſtolam S. Paulini Nolani, dum tractat de forma Eccleſiarum ab antiquis deſcripta his verbis. [Huic etiam miniſterio inſeruiebat fons ille in atrio Baſilicæ Vaticanæ Romæ poſitus, cuius Paulinus hiſce meminit ad D Aletium ſcribens: In veſtibulo cantharum miniſtra manibus, & oribus noſtris fluenta ruitantem faſtigiatus, ſolido ære tholarum ornat, & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie quatuor columnis ſalientes aquas ambiens: decet enim ingreſſum Eccleſiæ talis ornatus, vt quod intus myſterio ſalutari geritur, ſpectabili pro foribus opere ſignetur. Et ad Seuerum in hunc modum de alia Eccleſia.] Et infra nos acturi ſumus, Deo fauente, de hoc Atrio vel Paradiſo.

Neſcio

A Neſcio cur Romanus Presbyter noſter Auctor hic relinquit Felicem Tertium Papam: quoniam in ordine ſummorum Romanorum Pontificum poſt Simplicium Papam ipſe Felix Romanus Pontifex Tertius, locum tenet; qui etiam in Baſilica Diui Petri in Vaticano ſepultus eſt: de quibus ipſe Romanus in ſua deſcriptione loquitur. Nos autem pauca de rebus geſtis ipſius Felicis dicimus: Fuiſſe ſcilicet natione Romanum, ſediſſe in Cathedra beati Petri annos octo, menſes vndecim, & dies viginti tres: temporibus fuiſſe Odoacris Regis vſque ad tempora Theodorici: qui fecit multa bona pro Eccleſia Romana; de quibus Anaſtaſius, & Baronius latiùs, & copiosè ſcripſerunt: & Honufrius nõ Tertium, sed Secundum Felicem appellauit in ſua adnotatione in Platina. tom. 6. ann. 485. vſque 491. Plat. in vita Felicis III.
B

Sequitur hic, ſicut Romanus auctor adnotauit, Gelaſius Papa Primus: de quo ita locutus eſt.

TEXTVS.

Gelaſius Papa I. Hic fuit amator Cleri, & pauperum.

ADNOTATIO.

De huius Pontificis rebus geſtis pauca Romanus huius Baſilicæ Canonicus dixit. Quoniam Anaſtaſius optima ſcribendi ratione exercuit, ſicut etiam Baronius, & Platina; nos nonnulla de ſanctiſſimo hoc Pontifice demõſtrabimus. Gelaſius igitur Africanus in Cathedra Diui Petri annos quatuor, menſes octo, & dies nouem ſedit. Huius temporibus inuenta eſt Eccleſia ſancti Angeli in monte Gargano. Hic liberauit à periculo, & fame Ciuitatem Romanam: & multa alia bona fecit; & præcipue de rebus Orientalibus pro Eccleſia Romana. De quibus omnibus Anaſtaſius, & Platina egerunt. Hic fuit temporibus Theodorici Regis, & Zenonis Auguſti. Hic fecit conſtitutum de omni Eccleſia. Fecit etiam nonnullas Eccleſias: qui etiam ſepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli. tom. 6, ann. 496. Plat. in vita Gelaſij. pp. I.
C

TEXTVS.

Anaſtaſius Papa Secundus, qui fecit Confeſſionem beati Laurentij ex argento. Anaſt. pp. II.

D

ADNOTATIO.

Huius Pontificis res geſtas non ſine cauſa auctor Romanus paucis comprehendit, quia vixit annum in Pontificatu vnum, menſes vndecim, dies vigintiquatuor. Hic natione Romanus fuit temporibus Theodorici Regis. Eodem tempore multi Clerici, & Presbyteri ſe à communione ipſius ſubtraxerunt. Multa fecit etiam decreta, & conſtitutiones propter bonum Eccleſiæ. Quæ omnia ab Anaſtaſio, & Platina recenſentur. Sepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli. vid. Bar. ann. 497. & Anaſtaſ. in eius vita.

TEXTVS. A

Hormiſda Papa. Hic compoſuit Clerum, & pſalmis erudiuit.

ADNOTATIO.

Hic Pontifex fuit vir ſanctiſſimus, de cuius rebus geſtis Romanus rem paucis complexus eſt. Quoniam à Platina multa dicta ſunt: & Anaſtaſius optime, & præclare de hoc Pontifice ſumma cum pietate, clementia, zelo, conſtantia dixit. Huius temporibus multa fuerunt contra Eccleſiam Romanam, quæ propter animi magnitudinem ipſe Pontifex omnia diſiecit, ſicut Baronius luce clariùs oſtendit, maxima cum laude. De hoc Pontifice B ita Anaſtaſius: [Eodem tempore venit regium donum cum gemmis precioſis à Rege Francorum Clodoueo Chriſtiano, beato Petro Apoſtolo. Sub huius Epiſcopatu multa vaſa aurea, vel argentea venerunt de Græcia, & Euangelia cum tabulis aureis, cum gemmis precioſis, quæ penſ. lib. 15. Patena aurea cum hyacinthis, quæ penſ. lib. 25. ſcyphus aureus cum gemmis, penſ. lib. octo; ſcyphus aureus circumdatus gemmis, penſ. libras octo; ſcyphi argentei tres deaurati, penſ. ſinguli lib. quinque. Patenæ argenteæ duæ, penſ. lib. 25. Gabata electrina penſ. lib. 2. Thecæ cyrei aureæ duæ penſ. ſing. lib. ſex; Pallia olophora, blattea cum tabulis auro tectis de chlamyde, vel de ſtola Imperiali; ſubcinctorium ſuper Confeſſionem beati Petri Apoſtoli. Hæc C omnia à Iuſtino Auguſto Orthodoxo votorum gratia oblata ſunt. Eodem tempore Theodoricus Rex obtulit beato Petro Apoſtolo ceroſtata argentea duo, penſ. lib. ſeptuaginta. Eodem tempore fecit Papa Hormiſda apud beatum Petrum Apoſtolum trabem, quam ex argento cooperuit, quæ penſ. lib. mille & quadraginta.] Et multa alia alijs Eccleſijs auro, argentoque donauit, quæ breuitatis cauſa omittimus, dum in Anaſtaſio leguntur. Qui Pontifex ſepultus eſt etiam in Baſilica B. Petri Apoſtoli.

Bar. tom 6. ann. 515. & 517. & 528. & 518. & 514.

TEXTVS.

Simacus Papa, qui fecit Baſilicam ſancti Andreæ Apoſtoli ad ſanctum Petrum; in qua & Altaria ſtatuit, vbi plura Sanctorum D corpora, ſicut carmina indicant, poſuit. Et iuxta fontem Oratorium ſanctæ Crucis conſtruxit, & recondidit in eius Confeſſione crucem ex auro, & gemmis, vbi incluſit Lignum Crucis Domini penſantem decem lib. Poſuit & ſuper Altare eius, vt à noſtris maioribus accepimus, in columnis ſcilicet porfireticis, venerabilem Imaginem Apoſtolorum Petri, & Pauli; quam beatus Silueſter Papa oſtenderat Conſtantino ad repræſentandam formam eorum, quos ante Baptiſma in viſione viderat. Baſilicam

B. Petri

A B. Petri marmoribus ornauit. Cantharum pulchrum in Paradiſo cum pinea fecit.

ADNOTATIO.

Multa quidẽ de rebus, præclariſque geſtis Symmachi Papæ I. PresbiterRomanus dicere potuerat, quoniã leuiter potius dixit. Multa enim ſunt dicenda de huius Pontificis vitæ ſanctitate. Nos autem hic nonnulla oſtendemus. Et primò, ipſe ſanctiſſimus Præſul natione Sardus ſedit in Cathedra B. Petri annos 15. menſ. 8. dies 26. Et fuit temporibus Regis Theodorici, & Anaſtaſij Augusti: in cuius electione ad ſummum Pontificatum fuit ſchiſma; & tandem, Deo volente, Symmachus legitimus Papa B fuit: de quo ita Anaſtaſius. [Hic fecit in Eccleſia S. Andreæ iuxta ſanctum Petrum Ciborium ex argento, & Confeſſionem, penſ. lib. centum & viginti. Arcus argenteos tres, penſ. ſing. lib. ſexaginta. Oratorium ſancti Thomæ Apoſtoli ex argento, penſ. lib. 300. & confeſſionem lib. viginti. Arcum argenteum penſ. lib. ſexdecim. Confeſſionem ſancti Caſſiani, & ſanctorum Proti, & Hyacinthi ex argento, penſ. lib viginti. Arcum argenteum penſ. lib. 12. Oratorium S. Apollinaris ex argento, & Confeſſionem cum arcu ex argento, penſ. lib. 30. &c. Item ad fontem in Baſilica beati Petri Apoſtoli Oratorium ſanctæ Crucis ex argento. Confeſſionem, & Crucem ex auro cum gemmis; vbi incluſit lignum C Dominicũ: ipſa crux aurea penſ. lib. 10. Fecit autẽ Oratoria duo S. Ioannis Baptiſtæ, & S. Ioannis Euangeliſtæ; in quorum Confeſſione arcus argenteos, & cubicula poſuit, penſ. lib. triginta. Quæ cubicula omnia à fundamento perfecta conſtruxit. Baſilicam verò Beati Petri marmoribus ornauit; & cantharum Beati Petri cum quadriporticu marmoribus ornauit, & ex muſiuo agnos, & cruces, & palmas fecit. Ipſum verò atrium omne compaginauit. Gradus verò ante fores Baſilicæ B. Petri ampliauit, & alios gradus conſtruxit, ſub ſigno dextra læuaque. Item in eodem loco Epiſcopia dextra læuaque fecit. Item ſub gradus in atrio alium cantharum foris in fundo campi poſuit, & ad vſum D neceſſitatis humanæ fecit. Item & alios gradus aſcendentibus ad beatum Andream fecit, & cantharum poſuit.]

vid. de hoc ſchiſmate Honufrium in adnotat. in Plat. Bar. tom. 6. ad ann. 498. & 502. & 503.

orat. S. Apoll.

S. Crucis orat.

Atriũ ante Baſilicã S. Petri vbi dicitur Paradis⁹ locus amœnus à Symmaco ornatum.

Item pergit Auctor. [Ad beatum Petrum viginti canthara argentea fecit, penſ. ſing. lib. 15. & arcus argenteos 22. penſ. ſingul. lib. viginti, &c. Hic conſtituit, vt omni die Dominico, vel Natalitijs Martyrum, Hymnus diceretur Angelicus, id eſt, GLORIA IN EXCELSIS DEO, &c. Hic omni anno per Africã, vel Sardiniam, ad Epiſcopos, qui in exilio erant retruſi, pecuniam, & veſtes miniſtrabat. Hic captiuos per Liguriam, & per

Medio-

Mediolanum, & per diuerſas prouincias, pecunijs redemit, & dona multiplicauit, & dimiſit.] Hæc Anaſtaſius. Multa alia fecit, ſiue in donis precioſis, auro, argentoque, in multis varijſque Baſilicis, Oratorijs, & Altaribus; ſiue in vrbe, ſiue extra, magna cum pietate, & ſumma religione; ſiue etiam in reparationibus Baſilicarum, vel etiam à fundamentis factis. De quibus cum alijs infinitis Anaſtaſius Bibliothecarius, & etiam Platina. Quod pertinet ad hiſtoriam Orientalem, & multa accidentia in illius Pontificatu in toto orbe terrarum, ita Anaſtaſius, ita Platina ſcripſerunt. Baronius autem egregie omnia illius temporis annotauit. Et Honufrius ita de Oratorio S. Thomæ dixit: [Oratorium ſancti Thomæ condidit Symmachus Papa, & multis ornamentis donauit: adhuc ſupereſt. In quo ſepulti ſunt Innocentius Septimus Papa, & aliquot Cardinales. Ibidem eſt baptiſterium, quod marmoreo eleganti pilo olim Probi Præfecti Prætorio ſepulchrum fuit.] Nos hìc ponimus Epitaphium ſepulchrale huius Pontificis, quod legimus, & Platina in vita huius Pontificis præſeruauit, quod ſic ſe habet. A

Bar. tom. 6. ann. 502. et ſuperius adduct. Honufr. de 7. vrbis Eccl. c. 4. pag. 43.

Plat. in vita Innoc. Septimi.

INNOCENTIO SEPTIMO PONTIFICI MAXIMO, CVM NEGLECTI EIVS SEPVLCHRI MEMORIA INTERIISSET NICOLAVS QVINTVS PONTIFEX RESITVI CVRAVIT. B

TEXTVS.

Ioannes Papa Primus, qui ob catholicam fidem Rauennæ in cuſtodia defunctus eſt Martyr, xv. Kal. Iunias. Cuius corpus trãſlatum eſt de Rauenna, & ſepultum eſt in Baſilica B. Petri in Vaticano.

ADNOTATIO.

De huius Ioannis rebus pręclaris, religioſiſque geſtis, non pauca Anaſtaſius Bibliothecarius loquutus eſt, prius quam Auctor Romanus de ipſomet Ioanne ſcripſiſſet, vt ſuperius dictum eſt. Similiter Platina, qui optime, & copioſe dixit. Nos autem nonnulla de vitæ ſanctitate, & ſũme pietate huius ſanctiſſimi Pontificis dicturi ſumus. Ioannes itaque natione Tuſcus, in Cathedra diui Petri Apoſtoli annos duos, & menſes nouem, dies 14. ſedit. Huius temporibus multa nefaria contra Eccleſiam acciderunt: de quibus nos mentionem non facimus, quoniam Baronius, & Anaſtaſius latiùs, & verè loquuti ſunt, & etiam ſequutus eſt Platina. Nos hic tantum demonſtrabimus, quod pertinet ad pietatem, religionemque, & venerationem huius Baſilicæ S. Petri Apoſtoli in Vaticano, de qua hic tractamus. Hic Papa Ioannes fecit ſcyphos C

In vita ipſius Ioannis Pontif. & Mart.

Anaſt. in vita ipſius Ioan. & Platina. Baron. tom. 7. ann. 525. & 526.

phos

A phos argenteos quinque, pallia auro texta quindecim, quæ ipſe Ioannes detulit Apoſtolis Beatiſſimis Petro, & Paulo. Et multa alia bona fecit in alijs Baſilicis, atque Eccleſijs, vel Templis variarum Sanctarum, de quibus ad nos nihil pertinet, qui tantum ad noſtram Baſilicam ſpectantia dicimus: in qua antiquitus repertũ eſt hoc epitaphium:

De Martyrio Ioannis pp. I. Bar. tom. 7. loco cit. et tom. xii. pag. 923.

MARTYRIBVS CHRISTI DOMINI PIA VOTA IOANNES
REDDIDIT ANTISTES, SANCTIFICANTE DEO.
AC SACRI FONTES SIMILI FVLGENTE METALLO
PROVIDVS ANTISTES NVNC COPVLAVIT OPVS.
B QVO QVISQVIS GRADIENS, ET CHRISTVM PRONVS ADORANS.
EFFVSASQVE PRECES MITTAT AD AETHRA SVAS.

TEXTVS.

Felix Papa, qui fecit Eccleſiam Sanctorum Coſmi, & Damiani; & conſtituit, ſupra ſepulchrum Martyrum Miſſas celebrari.

Vbi requieſcit Felix Papa.

ADNOTATIO.

Romanus Presbyter, & huius Baſilicæ Canonicus, Auctor, de ſanctitate vitæ, geſtiſque rebus huius ſanctiſſimi Pontificis Felicis nonnulla commemorat, ſed multa de vita illius Pontificis omiſit. Quoniam Platina, & Anaſtaſius meliùs, & latiùs ſcripſerunt, ad quos nos referimus. ſolum hic adnotamus, Baronium non ſo- C lum de vita, rebuſque geſtis huius Pontificis, & Martyris optimè, & eruditè ſcripſiſſe, & præcipuè de temporibus illius Pontificatus, ſed etiam de ſanctitate ipſius Pontificis. Nos autem tantum dicimus, quòd ſepultus eſt in Vaticano vnà cum pia memoria, quæ fuit inciſa, & adhuc extat, in throno ſanctorum Martyrum Coſmi, & Damiani, his verſibus.

Baron. tom. 7. ann. 526. vſque 530.

Baron. tom. 12. pag 924.

AVLA DEI CLARIS RADIAT SPECIOSA METALLIS,
IN QVA PLVS FIDEI LVX PRECIOSA MICAT.
MARTYRIBVS MEDICIS POPVLO SPES CERTA SALVTIS
VENIT, ET EX SACRO CREVIT HONORE LOCVS.
OBTVLIT HOC DOMINO FELIX ANTISTITE DIGNVM
D MVNVS; ET ÆTHEREA VIVAT IN ARCE POLI.

Non eſt dubitandum, quòd quoque ad Felicẽ Papam Quartum, qui ſucceſſit Ioanni Papæ Primo, pertinent inſcriptiones, quæ ibidem recitatę ſubijciuntur his verbis:

OPVS QVOD BASILICÆ BEATI MARTYRIS STEPHANI DEFVIT, A IOANNE EPISCOPO MARMORIBVS INCHOATVM IVVANTE DOMINO, FELIX PAPA, ADDITO MVSIVO SPLENDORE SANCTÆ PLEBI DEI PERFECIT. A

Inſuper. B

ASPICIS AVRATVM CÆLESTI CVLMINE TECTVM,
ASTRIFEROQVE MICANS PRÆCLARE LVMINE FVLTVM.

DOMINO IVVANTE FELIX EPISCOPVS DEI FAMVLVS FORVM BASILICÆ BEATI MARTYRIS STEPHANI MVSIVO ET MARMORIBVS DECORAVIT.

Epitaphium autem ipſius ſepulturæ ſic ſe habet.

CERTA FIDES, IVSTIS CÆLESTIA REGNA PATERE, C
ANTISTES FELIX QVÆ MODO LAETVS HABET.
PRÆLATVS MVLTIS, HVMILI PIETATE SVPERBVS
PROMERVIT CELSVM SIMPLICITATE LOCVM.
PAVPERIBVS LARGVS MISERIS SOLATIA PRÆSTANS,
SEDIS APOSTOLICÆ CRESCERE FECIT OPES.

TEXTVS.

Bonifacius Papa I. Hic requieſcit in porticu Pontificum, de quo habetur hoc epitaphium.

ATRIA MAGNIFICI SVNT MEMBRIS PLENA SEPVLCHRI,
SEDIS APOSTOLICÆ BONIFATI PRÆSVLIS ALMI. D

ADNOTATIO.

In vita Bonifacij I. tom.5.ann.419.vſq. ad 425.

De huius Bonifacij Papæ I. rebus geſtis Romanus Presbyter, & Canonicus huius Baſilicæ, nihil loquutus eſt, ſed tantum de loco ſepulturæ ipſius Pontificis dixit, vbi poſuit epitaphium ſepulchrale ſuperiùs ab ipſo ſcriptum. De quo Pontifice, & eius temporibus, Anaſtaſius & Platina propriam quandã laudem in ſcribendo conſequuti fuere; latiuſque Baronius. Nos autem nonnulla hic adnotabimus. Bonifacius igitur Papa I. Romanus in cathedra B. Petri ſedit annos quatuor, menſes decem, & dies tres. Fuit temporibus

A poribus ſchiſmatis maxima cum intentione. De quo hæc, inter alia, habet Anaſtaſius [Hic Bonifacius conſtituit, vt nulla mulier, vel monacha, pallam ſacratam contingeret, aut leuaret, aut incenſum poneret in Eccleſia, niſi miniſter. Nec ſeruum clericum fieri, nec obnoxium curiæ, vel cuiuslibet rei, &c.] Qui ſepultus eſt in cœmeterio ſanctæ Felicitatis Martyris via Salaria; vbi multa bona fecit, ita in auro, ita & in argento, ita etiam in reſtauratione cœmeterij, & à fundamentis Oratorij in ipſo cœmeterio, vbi ſepultus eſt, vt ſuperiùs dictum eſt, cum hoc epitaphio, quod propter temporum iniuriam conſumptum erat, & nos Dei benignitate inuenimus in antiquis Inſcriptionibus, quod ſic ſe B habet.

Vide Baron. tom. 5. ann. 418. in fine & ann. 419.

POSTQVAM MORS CHRISTI PRO NOBIS MORTE PERISTI,
IN DOMINI FAMVLOS NIL TIBI IVRIS ERIT.
PONE TRVCEM RABIEM: NON EST SAEVIRE POTESTAS:
AVT QVID VICTA FVRIS NIL NOCITVRA PIIS?
HOC SI QVIDEM MELIVS DEMISSE VIVITVR ORBE,
CVM TAMEN VT VIVAT, HIC SIBI QVISQVE FACIT.
HOC SITA SVNT PAPAE BONIFACII MEMBRA SEPVLCHRO,
PONTIFICALE SACRVM QVI BENE GESSIT OPVS.
C IVSTITIA CVSTOS RECTVS, PATIENSQVE, BENIGNVS,
CVLTVS IN ELOQVIIS, ET PIETATE PLACENS.
FLETE ERGO MECVM PASTORIS FVNERA CVNCTI,
QVOS TÆDET CITIVS HIS CARVISSE BONIS.

Baron. tom. 12. pag 916.
Antiq. inſcrip. in append. pag. 1165. n. 4. & 5.

De Bonifacio Primo extat etiam huiuſmodi vetus Inſcriptio.

SACRI FONTIS HONOR LABOR EST, MERITVMQVE DVORVM
PONTIFICVM, PER QVOS CONTVLIT ISTA DEVS.
NAMQVE MAGNIFICIS COEPTIS BONIFACIVS AVXIT,
HÆC COELESTINVS COMPSIT AD OMNE DECVS.

Itemque Bonifacij.

D SEDIS APOSTOLICÆ PRIMÆVIS MILES AB ANNIS
POST ETIAM TOTO PRÆSVL IN ORBE SACER,
MEMBRA BEATA SENEX BONIFACIVS HIC SVA CLAVSIT,
CERTVS IN ADVENTV GLORIFICANDA DEI.
MITIS ADVNAVIT DIVISVM PASTOR OVILE,
VEXATOS REFOVENS HOSTE CADENTE GREGES:
IRAM SVPPLICIBVS HVMILI DE CORDE REMISIT,
DEBELLANS CVNCTOS SIMPLICITATE DOLOS.

EGIT NE STERILIS ROMAM CONSVMERET ANNVS, A
NVNC ORANDO FVGANS, NVNC MISERANDO FAMEM
QVIS TE SANCTE PARENS CVM CHRISTO NESCIAT ESSE,
SPLENDIDA QVEM TECVM VITA FVISSE PROBAT?

Et hoc ſatis de Bonifacio Papa I.

Hic adnotandum eſt, quòd Romanus loquutus eſt de vitis Pontificum Romanorum, qui ſepulti ſunt in Baſilica Vaticana. Bonifacius autem Papa I. non eſt in hac Baſilica ſepultus, ſed in cœmeterio ſanctæ Felicitatis Martyris, vbi multa bona fecit. Quare exiſtimo ipſum Auctorem intellexiſſe ſermonem facere de rebus geſtis Bonifacij II. de cuius vita, & geſtis Deo fauente ſuo loco dicemus. B

14

TEXTVS.

Ioannes Papa II. qui & Mercurius appellatus eſt, de quo habetur hoc epitaphium.

HIC TVMVLVS VATIS CONSERVAT MEMBRA IOANNIS,
ORDINE PONTIFICVM QVI FERTVR IVRE SECVNDVS;
LICET IN EXTREMIS SOLERS, FIDVSQVE MINISTER
CLARVIT, ET PRIMVS IVRE LEVITA FVIT.
MISSVS AD IMPERIVM VICE PRÆSVLIS, EXTITIT AVCTOR; C
HVNC MEMORAT SYNODVS, PONTIFICISQVE THRONVS.
CVM TITVLIS FIDEI VIGILANTIA QVANTA REGENDI
COMMISSAS ANIMAS, NE LVPVS HOSTIS OVES
CARPERET AMMIXTVS, PREMERETVE POTENTIOR VNVM;
IVSTITIAM CVNCTOS NIXVS HABERE PAREM.
PROVIDVS, HVMANVS, SVMMVS, VERVSQVE SACERDOS
NIL TEMERE, ATQVE NIMIS PONDERE CVNCTA GERENS

Non eſt pretermittendum, à Baronio Epitaphium hoc, quod eſt Ioannis II. Ioanni III. aſcriptũ fuiſſe, vt videre eſt apud eum tomo 7. ann. 535. pag. 176.

ADNOTATIO.

in vita ipſius Ioannis

De Ioannis ſummi Pontificis Secundi rebus geſtis Romanus Auctor noſter nihil aliud commemoratus eſt, quoniam Anaſtaſius, & Platina, nonnulla de geſtis ipſius Pontificis, ſiue etiam de temporibus illius Pontificatus, ſcripſerunt: ſic etiam Baronius. D

tom. 7. ann. 535. & 533.

Nos autem de vita huius Pontificis ad ipſos prænominatos Auctores Lectorem remittimus: & ſolum hic demonſtrabimus dona miſſa ab Auguſto beato Petro Apoſtolo; quibus his verbis Anaſtaſius ſcripſit: [Ipſis diebus obtulit Chriſtianiſſimus Imperator Iuſtinianus Auguſtus beato Petro Apoſtolo ſcyphum aureum, circumdatum de gemmis praſinis, & albis, & alios calices

ces

A ces argenteos duos, ſcyphum penſ.lib. 5. calices argenteos penſ, ſingulos lib. quinque: palliola olouera auro texta quatuor, &c. Qui etiam ſepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli.]

TEXTVS.

Agapitus Papa I. qui ſanctiſſimus Papa conuicit Anthemium Patriarcham Conſtantinopolitanum, duas naturas in vno Domino noſtro IESV CHRISTO eſſe negantem: & in loco eius Mennam Catholicum conſecrauit. Cuius corpus de Conſtantinopoli translatum eſt in loculo plumbeo, & ſepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli. De quo beatus Gregorius in Dialogo B magna refert.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis, & vitæ ſanctitate huius Pontificis Anaſtaſius, & Platina præclariùs ſcripſerunt, quàm Auctor noſter Romanus; & Baronius latiùs, & eruditè non ſolùm de rebus geſtis ipſius Pontificis, ſed etiam de temporibus huius Pontificatus loquutus eſt; qui vult plus annos vixiſſe. Ad quos Auctores nos referimus: hìc tantum ponimus eius epitaphium ſepulchrale, à Baronio inuentum ab antiquis Inſcriptionibus, quod ſic ſe habet,

in vita Agapeti pp. I.

tom. 7. ann. 535. & 536.

MENTE PIA VIVENS CHRISTI NVTRITVS IN AVLA,
ET SOLA GAVDENS SIMPLICITATE BONI
C
BLANDVS IN OBSEQVIIS, ET PVRO PLENVS AMORE
PACIFICAM VITAM IVRE QVIETIS AGENS.
QVI GRATVS POPVLIS, ET CELSO DIGNVS HONORE
SVMPSISTI MERITIS PVRIFICALE DECVS.
COMMISSVMQVE TIBI PASCENS BONITATE MAGISTRA
SERVASTI CVNCTVM SVB PIETATE GREGEM.
PRO RITE TVVM VENERANS AGAPETVS HONOREM
PRÆSTITIT HÆC TVMVLO MVNERA GRATA TVO.
QVI NVNC ANTISTES ROMANA CELSVS IN VRBE,
SEDIS APOSTOLICÆ CVLMINA SACRA TENET.

D

Et hoc ſatis de Agapito Papa I.

TEXTVS.

Pelagius Papa I. qui cœpit conſtruere Eccleſiam ſanctorum Philippi, & Iacobi. Hic ſepultus eſt ante Secretarium beati Petri: cuius epitaphium eſt iſtud.

TERRENVS CORPVS CLAVDANT HÆC FORTE SEPVLCHRA,
NIL SANCTI MERITIS DEROGATVRA VIRI.

VIVIT IN ARCE POLI COELESTI LVCE BEATVS, A
VIVIT ET HIC CVNCTIS PER PIA FACTA LOCIS.
SVRGERE IVDICIO CERTVS, DEXTRAMQVE TENENTEM
ANGELICAM PARTEM SE RAPIENTE MANV.
VIRTVTVM NVMERET TITVLOS ECCLESIA DEI;
QVOS VENTVRA VELVT SECVLA FERRE QVEANT:
DOCTOR APOSTOLICÆ FIDEI VENERANDA RETEXIT
DOGMATA, QVÆ CLARE CONSTITVERE PATRES.
ELOQVIO CVRANS ERRORVM SCHISMATE LAPSOS
VTI VERAM TENEANT CORDA PLACATA FIDEM,
SACRAVIT MVLTOS DIVINA LEGE MINISTROS,
NIL PRECIO FACIENS IMMACVLATA MANVS.
CAPTIVOS REDIMENS MISERIS SVCCVRRERE PROMPTVS,
PAVPERIBVS NVNQVAM PARTA NEGARE SIBI.
TRISTIA PARTICIPANS LÆTI MODERATOR OPIMVS
ALTERIVS GEMITVS CREDIDIT ESSE SVOS.

HIC REQVIESCIT PELAGIVS,
QVI SEDIT ANNOS IV. B
MENSES DECEM, DIES XVIII.
DEPOS. IV. NONAS MARTIAS.

ADNOTATIO.

Bar.tom.7.ann.556. vſque ad 559.

De huius Pontificis Pelagij rebus geſtis ſatis loquutus eſt Baronius, qui non ſolum copioſè & pereleganter multa de huius Pontificis geſtis dixit, ſed etiam de temporibus ſuis. Anaſtaſius, Platina valde etiam, & optime loquuti ſunt. Nos autem tantum dicimus: Pelagius publicè ſe purgauit ab obiecto crimine. Hic conſtitutionem fecit publicè, vt nullus eligeretur in Papam, niſi qui per gradus Eccleſiaſticos aſcenderet. Cœpit etiam ædificare C à fundamentis Baſilicam Apoſtolorum Philippi, & Iacobi; quæ dum initiaretur fabricari, mortuus eſt, & ſepultus in Baſilica beati Petri, cum ſuo epitaphio, vt à Romano poſitum eſt, in marmoribus inciſo. Et nos Domino fauente, in ſecundo volumine de Titulis Cardinalium S. R. E. dicturi ſumus latiùs, non ſolum de origine huius Baſilicæ Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, ſed etiam de omnibus ad ipſam attinentibus. Et hæc de Pelagio ſufficiant.

TEXTVS.

Ioannes Papa Tertius, qui compleuit Eccleſiam Philippi, & Iacobi, ſicut habetur in hoc ſequenti verſu.

PELAGIVS COEPIT, COMPLEVIT PAPA IOANNES.

AD-

A ## ADNOTATIO.

Romanus Auctor pauca de geſtis Ioannis Papæ Tertij dixit. Anaſtaſius autem, & Platina in multa ſe collati ſunt; & præcipue de temporibus huius Pontificatus: Baronius etiam latius, & pleniſſimè non ſolum de geſtis ipſius Pontificis, ſed de temporibus, & de ſtatu Italiæ. Et nos hìc dicimus cum Anaſtaſio, his verbis: [Reuerſus eſt ergo Narſes cum ſanctiſſimo Ioanne Papa. Tunc ſanctiſſimus Papa retinuit ſe in cimiterio ſanctorum Tiburtij, & Valeriani, & habitauit ibi multum temporis, vt etiam Epiſcopos conſecraret ibidem. Narſes verò ingreſſus Romam, poſt mul-
B tum temporis mortuus eſt. Cuius corpus poſitum eſt in locello plumbeo, & reductum eſt cum diuitijs eius Conſtantinopolim. Eodem tempore Ioannes Papa & ipſe mortuus eſt, & ſepultus in Baſilica B. Petri.] Et hæc de Ioanne Papa III. cum hoc epitaphio.

De vitis Pontificum Rom.

Tom. 7. ann. 555. & 557. Paulus Diac. lib. 1. de geſtis Longobar. cap. 5.

MENTE PIA VIVENS, CHRISTI NVTRITVS IN AVLA,
ET SOLA GAVDENS SIMPLICITATE BONI.
BLANDVS IN OBSEQVIIS, ET PVRO PLENVS AMORE,
PACIFICAM VITAM IVRE QVIETIS AGENS.
QVI GRATVS POPVLIS EXCELSO DIGNVS HONORE
SVMPSISTI MERITIS PVRIFICALE DECVS.
COMMISSVM TIBI PASCENS BONITATE MAGISTRA
C SERVASTI CVNCTVM SVB PIETATE GREGEM.
PRO QVO RITE TVVM VENERANS AGAPETVS HONOREM
PRAESTITIT ET TVMVLO MVNERA GRATA TVO.
QVI NVNC ANTISTES ROMANA CELSVS IN VRBE
SEDIS APOSTOLICAE CVLMINA SACRA TENET.

TEXTVS.

Benedictus Papa I. Hiç ſepultus eſt in Secretario ad ſanctum Petrum.

ADNOTATIO.

De Benedicti Papæ I. rebus geſtis nihil Romanus Auctor no-
D ſter dixit, quia nihil dici poteſt, non ſolùm de geſtis huius Pontificis, ſed neque de ipſius temporibus, niſi de maxima miſeria, non ſolùm Romæ, ſed totius Italiæ; vt Baronius Auctor, qui de illius temporibus latius egit, & Anaſtaſius de illius Pontificatu aliquid dixit. Nos tantum hìc oſtendimus de illius Pontificis creatione, qui in Cathedra beati Petri ſedit annos quatuor, menſem vnum, dies decem, & octo. Eodem tempore gens Longobardorum inuaſit omnem Italiam. Qui mortuus eſt, & ſepultus in Baſilica beati Petri Apoſtoli. Et hæc de Benedicto Papa I.

Ad ann. 573, vſque ad 579. & 577.

TEXTVS. A

Bonifacius Papa Secundus. Hic requieſcit in Porticu Pontificum: cuius epitaphium.

VITA HOMINVM BREVIS EST, CERTA HANC DETERMINAT HORA,
SED VITÆ ÆTERNÆ IDEM PARATVR ITER.
QVO NON INDECORA, AVT RVRSVM PERITVRA VIDETVR,
SED PVLCHRVM ATQVE DECENS, ET SINE FINE MANET.
DIC IGITVR, QVID MORS STIMVLIS AGITARIS INIQVIS?
QVID FREMIS INCASSVM, QVID FVRIBVNDA GERIS?
COMMODA NVLLA TIBI POTERVNT TVA FACTA REFERRE,
NEC PRODESSE POTEST IMPETVS ISTE TIBI. B
GREGORII SEMPER MONITA, ATQVE EXEMPLA MAGISTRI
VITA OPERE, AC DIGNIS MORIBVS ISTE SEQVENS.
QVO HOC TERRÆ REPVTAS, SVNT HVIVS MAXIMA VOTA,
MITTERE AD ASTRA ANIMAM, REDDERE CORPVS HVMO.
SAVCIA MVLTIPLICI SIQVIDEM NAM MEMBRA DOLORE
RVRSVS IN ANTIQVO PVLVERE VERSA MANENT.
QVÆ CONIVNCTA ANIMÆ STABILITO IN CORPORE SVRGVNT
AD VITAM ÆTERNAM TE PEREVNTE MAGIS.
SANCTA FIDES MERITO VITÆ CLEMENTIA PATRIS
SPEM CERTAM HANC FAMVLOS IVSSIT HABERE SVOS. C

HIC REQVIESCIT BONIFACIVS IVNIOR,
QVI SEDIT ANNOS SEX, MENSES OCTO,
DIES DVODECIM.
DEPOSITVS VIII. IDVS MARTII.
IMPERANTE DOMINO ERACLIO.
ANNO EIVS SECVNDO.

ADNOTATIO.

Romanus Presbyter,& Canonicus huius Eccleſiæ S. Petri, Auctor,de Bonifacio Papa II. nihil loquutus eſt, niſi ſepultum eſſe in D porticu Pontificum, vbi oſtendit etiam epitaphium eius ſepulchrale, ex quo multa intelligi poſſunt. Baronius autem de temporibus illius Pontificis loquutus eſt. Anaſtaſius Bibliothecarius multa ſcripſit, & Platina non pauca de Bonifacio I. loquutus eſt: ſicut etiam de ipſius Pontificis temporibus. Et nos ad ipſos Auctores referimus.

tom.7.ann. 131

TEXTVS.

Iuxta hoc ſepulchrum eſt Oratorium beati Gregorij Papæ I.

Hic

A Hic almificus Præſul fuit ſepultus ante Secretarium inter columnas porticalium. Cuius epitaphium eſt iſtud. Orat. beati Gregorij Papæ I.

ADNOTATIO.

De omnium Romanorum Pontificum ſepulchris in hac Baſilicæ parte, quorum nos ſuperiùs diſtincte vnumquodque oſtendimus, & adnotauimus, vſque ad ſepulturam Gregorij Papæ I. Honufrius paucis his verbis loquutus eſt: [Hac parte Eccleſiæ humi ſepulti fuerunt poſt excitatam à Conſtantino Baſilicam, decem Pontifices Romani, qui primi poſt Petrum ſanctam Eccleſiam gubernarunt. Præter quos etiam circiter alij viginti, qui poſt ſanctum Siluestrum fuere, iacent.] Hæc Honufrius. Sequitur modò epitaphium, de quo ſupra Romanus. De 7. Eccl. pag. 44.

B

SVSCIPE TERRA TVO CORPVS DE CORPORE SVMPTVM,
REDDERE QVOD VALEAS VIVIFICANTE DEO.
SPIRITVS ASTRA PETIT, LETI NIL IVRA NOCEBVNT,
CVI VITÆ ALTERIVS, MORS MAGIS ILLA VIA EST.
PONTIFICIS SVMMI HOC CLAVDVNTVR MEMBRA SEPVLCHRO;
QVI INNVMERIS VIVIT SEMPER VBIQVE BONIS
ESVRIEM DAPIBVS SVPERAVIT, FRIGORA VESTE,
ATQVE ANIMAS MONITIS TEXIT AB HOSTE SACRIS.
IMPLEBATQVE ACTV QVIDQVID SERMONE DOCEBAT,
C ESSET VT EXEMPLVM MYSTICA VERBA LOQVENS.
AD CHRISTVM ANGLOS CONVERTIT PIETATE MAGISTRA,
ACQVIRENS FIDEI AGMINA GENTE NOVA.
HIC LABOR, HOC STVDIVM, HÆC TIBI CVRA, HOC PASTOR AGEBAS,
VT DOMINO OFFERRES PLVRIMA LVCRA GREGIS.
HISQVE DEI CONSVL FACTVS LÆTARE TRIVMPHIS,
NAM MERCEDEM OPERVM IAM SINE FINE TENES.

HIC REQVIESCIT GREGORIVS PRIMVS PAPA,
QVI SEDIT ANNOS XIII.
MENSES SEX, DIES DECEM,
DEPOSITVS QVARTO IDVS MARTII.

D

Hic conſtituit, toto orbe terrarum Miſſarum ſolempnia Domini noſtri IESV CHRISTI, Sanctæque eius Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, & omnium ſanctorum Martyrum, ac Confeſſorum perfectorum iuſtorum toto orbe terrarum requieſcentium memoriam agere. Hic augmentauit prædicationes Canonum fieri: DIESQVE NOSTROS IN TVA PACE DISPONAS, &c. Hic conſtituit ſupra corpus beati Petri & beati Pauli, à Car-

à Cardinalibus iugiter celebrari Miſſas. Hic fecit Romanum cantum, & ordinauit Primicerium, & ſcholam Cantorum, & docuit. Ordinauit & ſtationes propter pœnitentes; quas cum Cardinalibus, & Cantoribus, & Regionarijs, & Acolitis, cruce ſtationali præcedente, faciebat. Nam aliter in Quadrageſima vſque ad Paſcha, & aliter in Albis, & Dominicis diebus, & feſtiuitatibus Sanctorum. Et ſtatuit has antiphonas proceſſionales in Quadrageſima cantari, ſcilicet, DEPRECAMVR TE DOMINE. MVLTA SVNT DOMINE PECCATA NOSTRA. PARCE DOMINE, PARCE POPVLO TVO. Et in litanias maiores has alias antiphonas, ſcilicet, DOMINE DEVS NOSTER, & ceteras. Et fecit ſanctum Stephanum orphanotrophium, vbi Primicerius, & Cantores manerent; de quibus iugiter eſſent, cum Pontifice:& de Epiſcopis Cardinalibus,Diaconibus,Regionarijs, & de Acolitis, & Cubicularijs, qui eum cuſtodirent, & eſſent ei bonum teſtimonium. Et conſtituit, ſicut B. Papa Gelaſius ordinauerat, vt eſſent per regiones,de Diaconibus Card.& Subdiaconibus Regionarijs; vt ſi quod Eccleſiaſticũ negotium in regione oriretur, quod diffiniri non poſſet, Archidiacono repræſentaretur, vt ipſe finem imponeret. Hic ſcripſit ordinem, qualiter Eccleſia regeretur: & ſtatuit, vt quando Pontifex extra Vrbem iret, vel eſſet; Archidiaconus, & Archipresbyter Cardinalis, & Primicerius repręſentarent vicem eius.Et fecit ſinodochiam ſancti Gregorij iuxta gradus beati Petri: & conſtituit ibi tres Cantores cum Primicerio, qui iugiter officiarent Miſſam ad Altare beati Petri, induti pluuiali, & mitra, & virga; ſtarentque iuxta Altare cum ij. & iij. & iiij. & pro beneficio haberent, ſicut in Priuilegio eius legitur. Statuit & quatuor Cantores ad ſanctum Paulum, & quatuor ad ſanctam Mariam Maiorem, & quatuor ad ſanctum Laurentium foris muros, pro ſeruitio Miſſarum Cardinalium, cum beneficijs harum Eccleſiarum. Et præcepit Primicerio, & Cantoribus, vt nullo modo deuiarent ab ordine, quem ipſe docuit in Romana Eccleſia. Præcepit quoque, vt ad Altare maius beati Petri nulla conſecratio fieret, niſi Romani Pontificis; & quando Dominus Pontifex facit conſecrationem ibi, deſcendat ad ſanctum Andream, & faciat ibi conſecrationem: qua expleta reuertatur ad Altare maius, & expleat Miſſam. Et conſtituit quatuor Diaconos Cardinales ad ſanctum Petrum, qui legerent Euangelium, & prædicaret vnuſquiſque in ebdomada ſua. Et Cardinalis ebdomadarius ſimiliter eſſet ibi propter pœnitentes, & baptiſmum, & propter Miſſas Peregrinorum ad Altare beati Petri. Similiter, & ad ſanctum Paulum ſtatuit.

Hic

A Hic ſanctiſſimus Præſul Gregorius quantum dilexerit, & dita-
uerit Eccleſiam iſtam, in Priuilegio, quod eſt ſcriptum in tabu- Bar.tom.8.ann.604.
lis marmoreis in pariete ante Eccleſiam fixis ex parte, habetur;
quod ſic incipit.

Priuilegium B. Gregorij Primi.

DOminis Sanctis, & beatiſſimis Petro, & Paulo Apoſtolo- Priuilegium B. Gregorij pro baſilica B. Petri.
rum Principibus, Gregorius indignus ſeruus. Quoties lau-
di veſtræ vſibus ſeruitura quædam licet parua conquirimus, ve-
ſtra vobis reddimus, non noſtra largimur: vt hæc agentes non
B ſimus elati de munere, ſed de ſaluatione ſecuri. Nam quid vn-
quam ſine vobis noſtrum eſt? Qui non poſſumus accepta redde-
re, niſi quoniam per vos iterum & ipſum hoc, vt redderemus, ac-
cepimus. Vnde ego veſter ſeruus reducens ad animum, multum
me vobis, beati Apoſtoli Petre, & Paule, eſſe debitorem; propter
quod ab vberibus matris meæ, diuinæ potentiæ gratia protegen-
te, intra gremium Eccleſiæ veſtræ aluiſtis, & ad incrementum
per ſingulos gradus, vſque ad ſummum apicem Sacerdotij, licet
immeritũ, perducere eſtis dignati. Ideoque hoc priuilegij munu-
ſculum humili interim offerre deuotione præuidi. Statuo enim,
& à meis ſucceſſoribus ſeruandum ſine aliqua refragatione con-
C ſtituo, vt loca, vel prædia cum oliuetis, quæ inferiùs deſcribun-
tur, quæ pro concinnatione luminariorum veſtrorum à diuerſis,
quibus detinebantur, recolligens, veſtra vobis dicaui, immuti-
lata permanere: Id eſt, in patrimonio Appiæ maſſas victoriolas.
Oliuetum in fundo Rumeliano integro. Oliuet. in fundo Octa-
uiano in integro. Maſſa Trabatiana. Oliuet. in fundo Burregano,
vt ſupra. Oliuet. in fundo Appiano vt ſupra. Oliuet. in fundo Iu-
liano in integro. Oliuet. in fundo Biuiano vt ſupra. Oliuetum in
fundo Cattiano. Oliuet. in fundo Solificiano, vt ſupra. Oliuetum
in fundo Palmis, vt ſupra. Oliuetum in fundo Sagaris, vt ſupra.
Oliuet. in fundo Marano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Viliano
D vt ſupra. Oliuetum in fundo Cagnano, & Carbonaria, vt ſupra.
Maſſa Ceſariana. Oliuet. in fundo Norano, vt ſupra. Oliuet. in fun-
do Priſciano, & Graſſiano, vt ſupra. Oliuet. in fundo Paſcurano,
vt ſupra. Oliuetum in fundo Mariniano, vt ſupra. Oliuetum in
fundo Ceſariano, vt ſupra. Maſſa Pontiana ad Ponzanum. Oli-
uetum in fundo Pontiano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Caſaro-
maniana, vt ſupra. Maſſa Steiana. Oliuetum in fundo Beriano,
vt ſupra. Oliuetum in fundo Cacclano, vt ſupra. Oliuetum in
fundo Aquiliano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Steiano, vt ſupra.

Oliuetum in fundo Caſſi, vt ſupra. Maſſa Tertiana. Oliuetum in fundo Camelliano, & fundo Tortiliano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Caſacucul, vt ſupra. Maſſa Neuiana. Oliuetum in fundo Arcipiiano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Correliano, vt ſupra. Oliuetum in fundo Vrſano, vt ſupra. In Patrimonio Lambicanenſi. Maſſa Algiſtas. Oliuetum, quod eſt ad tufum iuxta Anagnia, in integro. Oliuetum, quod eſt in Siluula, & modicas talias catagemulum à commiliti. Oliuetum in Apineas, in integro. Oliuetum, quod eſt in Clauiano, quod tenet Franculus Colonus. Oliuetum in fundo Ordiniano in integro. Maſſa Pelagiana. Oliuetum in fundo Caſamutis iuxta Anagnias. Maſſa Pontiana. Oliuetum in fundo Pacciano. Oliuetum in fundo Ricianis. Maſſa Ruſcellens. Oliuetum iuxta Signias in fundo Perpiniano, in integro. Maſſa Hecteriana. Oliuetum in fundo Raſiniano. Oliuetum in fundo Cornatiano. Maſſa Fiſtis. Oliuetum ibidem. Oliuetum in Maſſa Silanis, in fundo Siliano, cum factorio ſuo, in integro, cata Petrum veſtararium in Patrimonio Tyburtino. Maſſa Alliana. Oliuetum in fundo in Caſa Simiana, in vico Paſſiano, quod tenuere hæredes Sergij Scriniarij. Oliuetum in fundo Iunianiello, quod Simon Abbas..... Maſſa Pollonis. Oliuetum in fundo Tana, & Prandiaria. Maſſa Cornutis. Oliuetum in fundo Plautiano &c. Oliuetum in fundo Statiano, quod tenuit Claudius nepos Demetrij. Oliuetum in fundo Surrio. Oliuetum in fundo ſacroſancto, quod tenet Sergius gener Petri. Oliuetum in fundo ſacroſancto, quod tenet familia &c. Oliuetum in fundo paterno, quod tenet familia &c. Si quis autem temerario auſu infringere præſumpſerit &c. Datum idibus Nouembris. Imperante Pijſſimo Leone.

Vid. Bar. tom. 8. ann. 604.

ADNOTATIO I.

Sunt omnia prædia cum oliuetis numero trigintaquinque. Ex quibus intelliges, quàm abundans eſſe ſoleret copia lampadarum incenſarum: quarum tantùm vſui tot tantaque inſeruire debebant olieta.

ADNOTATIO II.

Non eſt cur dubitetur, quòd Romanus aliquid de rebus geſtis, ac pietate huius ſanctiſſimi Gregorij Papæ I. commemoratus ſit: ſed negari quidem non poteſt, quòd nihil dixerit; quoniam multi libri de ſanctitate vitæ, rebuſque præclaris geſtis ipſius Pontificis ſcripti reperiuntur; & Baronius non ſatis oſtendit in vita ipſius Gregorij ſanctiſſimi, nihilominus in multa ſe contulit: & Anaſtaſius Bibliothecarius, & Platina, aliquid loquuti ſunt.

Tom. 8. ann. 604. In vita Gregorij I.

Et nos cum Anaſtaſio dicimus: [Hic expoſuit homilias Euangelio-

A geliorum quadraginta: ſuper Iob, lib. 35. ſuper Ezechielem lib. 22. Dialogorum lib. 4. & Paſtoralem, & multa alia bona, quæ enumerare non poſſumus, &c. Hic fecit beato Petro Apoſtolo Ciborium cum columnis ſuis quatuor ex argento puro.] Multa, immò infinita bona fecit. Nos autē hic ad Auctores ſupra adductos lectorem referimus; ſicut etiam de temporibus illius Pontificatus.

De Oratorio ſancti Gregorij Papæ I. notum eſt omnibus, quòd temporibus illius Romani noſtri Auctoris exiſtebat in loco, vbi ipſe demonſtrat, ſub nomine ſanctiſſimi Pontificis tantum, & non ſancti Andreæ Apoſtoli; ſicut Honufrius dixit his verbis: [In Eccleſiæ fine, vbi ſedent Pœnitentiarij, eſt Oratorium, & altare Honuf. de 7. Vrbi. Eccl. cap. 4. pag. 445
B ſanctorum Andreæ, & Gregorij, à Gregorio IV. factum, ſub quo iacet corpus eiuſdem ſancti Doctoris. In Ciborio verò, quod eſt ſupra altare, extat caput S. Andreæ Apoſtoli, à Pio Secundo locatum, & Lanceæ ferrum, quo Domini noſtri IESV CHRISTI latus perforatum eſt, à Magno Turcarum Rege Baiazete Innocentio VIII. Papæ dono miſſum. Id eſt vnum ex ſeptem Altaribus, quæ priuilegijs, indulgentijs ornata in Baſilica Vaticana extant.] Hæc Honufrius. Anaſtaſius autem veraciſſimus Auctor, inter multa de rebus geſtis Gregorij Quarti ſanctiſſimi Pontificis, hæc ait: [Perficiente verò illo, hæc, quæ ſuperius dicta ſunt, ad alia tunc Pontificalis eius animus Sanctorum opuſcula
C ſummopere cœpit attendere. Et quoniam tunc diuino ignis amore ſuccenſus, corpus beati Gregorij huius vniuerſalis Eccleſiæ Prę-ſulis, per quem ſancti Spiritus gratia toto orbe terrarum inextinguibile ſapientiæ munus induxit, ex loco, ſepultus quo prius fuerat, tulit; & non longe ab eo in alium nouiter conſtructum infra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli ſummo honore perduxit: eiuſque ſacrum Altare argenteis tabulis, vndique perornauit: & Oratorium ſuo ſancto nomine titulauit: abſidamque eiuſdem ſuperaurato muſiuo depinxit. In quo ſcilicet Oratorio Sanctorum corpora beatorum Martyrum Sebaſtiani, Gorgonij, ac Tiburtij, ex Cimiterijs, in quibus ante iacebant, perduxit, & vnumquodque
D eorum ſeparatis Altaribus collocauit. Pro quibus denique Pontificatus ſui tempore decreuit, vt Monachi, qui ad officium perſoluendum in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes Omnipotenti Domino canere non deſiſtant. Obtulit autem in eodem Oratorio vela maiora, vel modica ſerica decem & octo. Veſtes ſuper Altare, ſub quo ſanctiſſimi Gregorij Papæ corpus quieſcit, tres: vnam cum chryſoclauo habentem hiſtoriam..... & ſuper vnumquodque Altare prædictorum Martyrum veſtem de fundato vnam. Imagines denique

deſuper deargentatas, necnon auro perfuſas, tres, habentes vultum Domini, & eorum depictos, quorum ſpecialia ibidem corpora humata miraculis, ac virtutibus pollent.] Hæc Anaſtaſius. A

XIX. De Altare S. Egidij Abbatis.

Sepulchrum S. Gregorij I. vbi primo loco poſitus.

Iuxta ſepulchrum, in quo beatus Gregorius Papa I. primò loco poſitus fuit, eſt venerabile Altare S. Egidij Abbatis.

ADNOTATIO.

Hoc Altare ſancti Ægidij Abbatis inuenimus fuiſſe fundatum à Ioanne Tomacello Comite Neapolitano, qui Bonifacium Papam Nonum à coniuratis Vrbis ſumma cum gloria liberauit: de quo præclaram mentionem facit Bzouius. Quid antiquitus hic locus fuiſſet, neſcio, quia nihil inuenimus apud Auctores, qui de ſacroſancta Diui Petri Baſilica ſcripſerunt. Et hæc de hoc Altare S. Ægidij Abbatis. Nos autem hic ſequimur Auctoris noſtri Romani ordinem, vel potius confuſionem; quippe qui nullum ordinem in hac Baſilicæ deſcriptione obſeruauit. B

Vid. Bzou tom. 15. ann. 1396 nu. 1.

TEXTVS.

Sabinianus (inquit) Papa. Sub cuius tempore fuit fames grauis in Ciuitate Romana: ſed perfecta pace cum gente Longobardorum, iuſſit aperiri horrea Eccleſiæ, & venundari frumentum populo per vnum ſolidum xxx. modios tritici. Cuius epitaphium eſt iſtud. C

HIC HOMINVM VITIA BLANDO SERMONE REMOVIT,
NEC CVLPIS IVDEX, SED MEDICINA FVIT.

Miſericordiæ enim viſceribus vltra quàm dici poſſit, affluebat; & quantum in ſe, nullum à beneficio miſericordiæ excludebat.

ADNOTATIO.

Pauca de rebus geſtis huius Pontificis Sabiniani Romanus dixit, & non ſine ratione: primò, quia fuit temporibus calamitatis: ſecundò, quia breui tempore in cathedra beati Petri ſedit. Nihilominus hic in Eccleſia beati Petri Apoſtoli luminaria addidit: qui ſepultus eſt in eadem Eccleſia. Fecit nonnulla alia bona in Eccleſia Dei, quæ ab Anaſtaſio, Platina, & Alphonſo Ciacconio deſcripta ſunt; qui loquuti ſunt etiam de miſeria illius temporis; & præcipuè Baronius erudite, atque plene loquutus eſt. Et hoc ſatis de Sabiniano Papa. D

In vit. Sabiniani pp. I Tom. 8. ann. 605.

TEXTVS.

Bonifacius Tertius Papa. Hic requieſcit in porticu Pontificum ad ſanctum Gregorium.

AD-

A

ADNOTATIO.

Romanus Auctor noſter nihil omnino de Bonifacio Papa Tertio commemoratus eſt: ſed nos dicimus cum Anaſtaſio, quòd iſte Pontifex, natione Romanus, ſedit menſes octo, dies vigintitres. Hic obtinuit à Phoca Principe, vt ſedes Apoſtolica beati Petri Apoſtoli, nempè Eccleſia Romana, caput eſſet omnium Eccleſiarum. [Hic fecit (vt verbis vtar Anaſtaſij) conſtitutum in Eccleſia beati Petri, in qua ſederunt Epiſcopi ſeptuaginta duo, & Presbyteri Romani trigintiquatuor, Diaconi, & omnis Clerus. ſub anathemate, vt nullus Pontifice viuente, aut Epiſcopo Ciuitatis ſuæ, præſumat loqui de ſucceſſore.] Hæc Anaſtaſius, qui recenſet etiam nonnullas alias ordinationes pro Eccleſia Dei: Et Baronius, quoque de temporibus illius Pontificatus latiùs loquutus eſt. Vide præterea Platinam, & Alphonſum Ciacconium,

In vita Bonifacij III.

B

In vita Bonifacij III.

Tom. 8. ann. 606. In vita ipſius Bonifacij.

TEXTVS.

Bonifacius Papa Quartus, qui petijt templum Pantheon à Foca Cęſare, & dedicauit illud in honorem beatæ MARIÆ ſemper Virginis, & omnium Sanctorum, Kalendis Nouembris. Hic ſepultus eſt intra Eccleſiam beati Petri, iuxta portam Rauennatam: cuius epitaphium eſt iſtud.

C

GREGORIO QVARTVS IACET HIC BONIFACIVS ALMVS,
HVIVS QVI SEDIS FVIT ÆQVVS RECTOR, ET ÆDIS,
TEMPORE QVI PHOCÆ CERNENS TEMPLVM FORE ROMÆ,
DELVBRA CVNCTORVM FVERANT QVO DÆMONIORVM;
HOC EXPVRGAVIT, SANCTIS CVNCTISQVE DICAVIT:
CVIVS NATALIS SOLEMPNIA QVI CELEBRATIS,
PRIMIS SEBTEMBRIS FERT HOC LVX QVARTA KALENDIS.

ADNOTATIO.

De vita, & moribus Bonifacij Papæ Quarti, Romanus Auctor noſter pauca loquutus eſt; quoniam Platina, Ciacconius, & Anaſtaſius, vti de temporibus illius Pontificatus, ita etiam de geſtis optime ſcripſerunt; ad quos nos referimus. Solum hìc apponimus epitaphium, quod Baronius adducit, à Malleo in monumentis Vaticanæ Baſilicæ ſancti Petri collectis, inſcriptum eius Pontificis ſepulchro; quod ſic ſe habet:

In vita Bonifacij IV. tom. 8. ad ann. 614.

D

VITA HOMINVM BREVIS EST: HANC CERTA TERMINAT HORA;
SED VITÆ ÆTERNÆ DEINDE PARATVR ITER.
QVÆ NON INDECORA, AVT RVRSVM PERITVRA VIDETVR,
SED PVLCHRVM, ATQVE DECENS IAM SINE FINE MANET.

SIC IGITVR QVID MORS STIMVLIS AGITARIS INIQVIS? A
QVID FERIS INCASSVM, QVID FVRIBVNDA GERIS?
COMMODA NVLLA TIBI POTERVNT TVA FACTA REFERRE,
NEC PRODESSE POTEST IMPETVS ISTE TIBI.
GREGORII SEMPER MONITA ATQVE EXEMPLA MAGISTRI
VITA, OPERE, AC DIGNIS MORIBVS ISTE SEQVENS.
QVO HIC TERRÆ REPVTANS SVNT HVIVS MAXIMA VOTA,
MITTERE AD ASTRA ANIMAM, REDDERE CORPVS HVMO.
SAVCIA MVLTIPLICI SI QVIDNAM MEMBRA DOLORE
RVRSVS IN ANTIQVO PVLVERE VERSA MANENT.
QVÆ CONIVNCTA ANIMÆ STABILITO IN CORPORE SVRGANT B
AD VITAM ÆTERNAM, TE PRÆEVNTE MAGIS.
SANCTA FIDES MERITO, VITÆ CLEMENTIA PATRIS,
SPEM CERTAM HANC FAMVLOS IVSSIT HABERE SVOS.

TEXTVS.

Deusdedit Papa. Hic benigniſſimus pater Clerum valde dilexit, & ad priſtina loca reuocauit.

ADNOTATIO.

Romanus Canonicus huius Baſilicæ ſancti Petri de vita, & moribus huius Pontificis nihil egit, niſi, quòd dilexit Clerum. Nonnulla de geſtis ipſius Pontificis leguntur, & præcipue de eius C temporibus, apud Baronium, & Anaſtaſium. Vide etiam Platinam, & Alfonſum Ciacconium, qui optime de rebus geſtis huius Pontificis ſcripſerunt; ad quos nos referimus. Solùm hic dicimus, conſtitutam ab hoc Pontifice ſecundam Miſſam in Clero, & dimiſiſſe pro obſequijs ad omnem Clerum rogam vnam integram; quæ donatio dicitur. Sepultus eſt in Baſilica B. Petri.

Tom. 8. ann. 615. In vita ipſius.

Rogà donatio eſt, dicta ab erogando.

TEXTVS.

Bonifacius Papa Quintus. Hic beatiſſimus Præſul, vt in Pontificali legitur, fuit mitiſſimus, & miſericors ſuper omnes, qui fuerunt tempore ſuo. D

ADNOTATIO.

Pauca quidem de geſtis huius Pontificis Bonifacij Quinti ſcripſit Romanus noſter Auctor, cùm multa, vel ſaltem nonnulla dicere potuiſſet: quoniam Anaſtaſius, Platina, Ciacconius optime dixerunt, & Baronius latius, & erudite multa adnotauit, etiam de huius Pontificatus temporibus. Nos autem hic ponimus eiuſdem Bonifacij epitaphium, quod ipſi inſcripſit eius ſucceſſor Honorius Papa: & eſt quod ſequitur.

In vita Bonifacij V.

Bar. tom. 8. ann. 619. vſque ad. 625.

CVR

A CVR TITVLATA DIV TORPVERVNT IVRA SEPVLCHRI,
ET POPVLI NVLLVS PERSTREPVIT GEMITVS; Bar. tom. 12. pag. 929.
SEGNITIES NON CVLPA FVIT, QVICVMQVE REQVIRIS,
NAM DOLOR INCLAVSVS PLVS LACERARE SOLET.
PANDE DOLOR GEMITVM, MERITISQVE QVIESCE BEATIS,
VT LIBEAT SVMMI GESTA REFERRE PATRIS.
HIC VIR AB EXORTV, PETRI EST NVTRITVS OVILI,
SED MERVIT SANCTI PASTOR ADESSE GREGIS.
PVRA FIDES HOMINIS VOTIS MVNDATA BENIGNIS
EXVLTAT CHRISTI CANTIBVS HYMNISONIS.
SIMPLICITAS SAPIENS VIVAX SOLERTIA SIMPLEX
B SERPENTINA FVIT SIMPLICITATE VIGENS.
CVMQVE QVATER DENOS COMPLERET PRESBYTER ANNOS,
SERA SENECTVTIS MENS TAMEN ALMA FVIT.
CVLMEN APOSTOLICVM COLVIT TRES FERME PER ANNOS,
PERFECTVM NVMERVM, TERQVE QVATERQVE GERENS.
HOC TIBI PRO MERITIS SVCCESSOR HONORIVS AMPLIS
MARMORE CONSTRVXIT MVNVS EPITAPHII.

Item aliud.

DA MECVM GEMITVM SINGVLTI ROMA DOLORIS,
C PLENA SACERDOTIS LVCTIBVS EGREGII.
CVR? QVONIAM DEFLERE SOLET MENS ACTA PERICLIS
PLEBSQVE ORBATA PIIS INSVPER OFFICIIS.
HIC VIR INACCESSIS TENVIT CONTRARIA FACTIS,
HÆC DOCVMENTA BONIS MORIBVS APTA SVIS.
MITIS IN ADVERSIS POSITVS, REBVSQVE SECVNDIS,
OMNIA GRATA FERENS, ALTERA PRESSA TENENS.
PRÆVENIT NE NATA FORENT DELICTA CVRITIM;
ORTA TAMEN SECVIT CVM PIETATE GRAVI.
IN COMMVNE BONVS BONIFACIVS INDE VOCATVS,
PROPRIA LVCRA PVTANS PVBLICA SVBSIDIA.
D MVNIFICVS, SAPIENS, CASTVS, SINCERVS, ET ÆQVVS;
ISTA BEATORVM SVNT PIA SVFFRAGIA.
NVM VIDVALIS APEX, PVPILLORVMQVE PHALANGES,
COECORVMQVE CHORVS DVX TIBI LVCIS ERIT.
INFREMVIT POST FATA SVIS MORS SAVCIA TELIS
RESPICIENS MERITVM VIVERE POSSE VIRVM.
CVLMEN APOSTOLICVM QVINQVE ET BIS MENSIBVS ANNIS,
REXIT, ET AD MAGNI CVLMEN HONORIS ABIT.

TEX-

TEXTVS. A

Honorius Papa I. Hic cooperuit tectum Baſilicæ beati Petri totum ex tabulis æneis; quas leuauit de templo, quod appellatur Romuli, ex conſenſu Eraclei Pijſſimi Imperatoris. Fecit & Eccleſiam in honorem ſancti Apollinaris Martyris in Vrbe Roma in porticu beati Petri Apoſtoli, quæ appellatur Palmata. Hic fecit conſtitutum in Eccleſia, & decreuit vt omni ſabbato exeat letania ab Eccleſia ſancti Apollinaris ad ſanctum Petrum, niſi feſtum interueniat.

ADNOTATIO.

De huius Pontificis rebus, pijſque geſtis multa ſunt adnotanda, à Romano noſtro Auctore Canonico omiſſa; cùm nihil loquutus fuerit: ſed ab Anaſtaſio, & Platina de hoc Pontifice nonnulla dicta ſunt. Baronius autem propriam quandam laudem de eo in ſcribendo conſequutus eſt, non ſolum de temporibus, ſed etiam de vitæ ſanctitate. Nos verò aliquid de tanto Pontifice dicturi ſumus cum Anaſtaſio Bibliothecario: [Hic erudiuit Clerum. Temporibus ſuis renouauit omnem familiam beati Petri Apoſtoli, & inueſtiuit Confeſſionem beati Petri ex argento puro, quod penſ. lib. centum octuaginta & ſeptem. Inueſtiuit regias ianuas ingreſſu Eccleſiæ maiores, quæ appellantur mediaanæ, ex argento; quæ penſ. lib. noningentas ſeptuagintaquinque. Fecit & ceroſtata maiora ex argēto paria duo, quæ ſunt ante corpus beati Petri Apoſtoli, penſ. ſingul. lib. 272. Fecit & ad beatum Andream Apoſtolum vbi ſupra ante Confeſſionem tabulas ex argento, quæ penſ. lib. ſeptuagintatres. Huius temporibus leuatæ ſunt trabes in Eccleſia beati Petri Apoſtoli numero ſexdecim.] Reliquum huius hiſtoriæ dictum eſt ſuperiùs ab Auctore Romano Canonico. Pergit Anaſtaſius: [Item fecit Baſilicam beati Apollinaris Martyris in Vrbe Roma in porticu beati Petri Apoſtoli, quæ appellatur Palmaria, à ſolo, vbi dona multa largitus eſt, &c.] Hic temporibus ſuis multa bona fecit, ita in ædificando à fundamentis, multas, variaſque Eccleſias, ſub diuerſis Sanctorum titulis, tam in Vrbe, quàm extra: ſic etiam multa, variaque argenti, & auri dona multis Eccleſijs dedit, & multa alia fecit; quæ enumerare longum eſſet. Nos ipſius epitaphium ſepulchrale adducimus, quod ſic ſe habet.

In vita Honorij pp. I. Tom. 8. ann. 626. vſq. 638.

B

C

Baſilica S. Apollinaris.

D

Bar. tom. 12. p. 930.

PASTOREM MAGNVM LAVDIS PIA PRÆMIA LVSTRANT,
QVI FVNCTVS PETRI HAC VICE SVMMA TENET.
EFFVLGET TVMVLIS NAM PRÆSVL HONORIVS ISTIS,
CVIVS MAGNANIMVM NOMEN HONORQVE MANET.

SEDIS

A SEDIS APOSTOLICÆ MERITIS NAM IVRA GVBERNANS,
DISPERSOS REVOCAT, OPTIMA LVCRA REFERT.
VTQVE SAGAX ANIMO DIVINO IN CARMINE POLLENS,
AD VITAM PASTOR DVCERE NOVIT OVES.
HISTRIA NAM DVDVM SÆVO SVB SCHISMATE FESSA,
AD STATVTA PATRVM, TEQVE MONENTE, REDIT.
IVDAICÆ GENTIS SVB TE EST PERFIDIA VICTA.
SIC VNVM DOMINI REDDIS OVILE PIVM.
ATTONITVM PATRIÆ SOLLERS SIC CVRA MOVEBAT,
OPTATA VT POPVLIS ESSET VBIQVE QVIES.
B QVEM DOCTRINA POTENS, QVEM SACRÆ REGVLA VITÆ
PONTIFICVM PARITER SANXIT HABERE DECVS.
SANCTILOQVI SEMPER IN TE COMMENTA MAGISTRI
EMICVERE TVI TANQVAM FECVNDA NIMIS.
NAMQVE GREGORII TANTI VESTIGIA IVSTI
DVM SEQVERIS CVPIENS, ET MERITVMQVE GERIS;
ÆTERNÆ LVCIS, CHRISTO DIGNANTE, PERENNEM
CVM PATRIBVS SANCTIS POSSIDE IAMQVE DIEM.
HIS EGO EPITAPHIIS MERITO TIBI CARMINA SOLVI,
QVOD PATRIS EXIMII SIM BONVS IPSE MEMOR.

C

Baronius etiam in Honorij laudibus hæc verba annotauit, quæ mihi non videntur pretermittenda: [Hactenus de Honorio Pontifice. Epitaphium eſt quidem eiuſmodi, vt erubeſcere debeant, qui in ipſum mutire vel audeant. Etenim non ſolum ſancti Gregorij fuit imitator, ſed hac ex parte in reuocandis ſchiſmaticis pluſquam Gregorius hic, qui perfecerit, quod ipſi Gregorio fuit inconceſſum. Sed & accipe ex alio Epitaphio inſignem ad hoc opus miniſtrum adhibitum Thomam: eo enim ad ſchiſmaticorum conuerſionem vſus eſt Honorius.

D QVIS MIHI TRIBVAT VT FLETVS CESSENT IMMENSI,
ET LVCTVS ANIMÆ DET LOCVM VERA DICENTI?
LICET IN LACRYMIS SINGVLTVS VERBA ERVMPANT,
DE TE CERTISSIME TVVS DISCIPVLVS LOQVOR.
TE GENEROSITAS MINISTER CHRISTI PARENTEM,
TE MVNDA ACTIO THOMAS MONSTRABAT HONESTVM,
TECVM VIRGINITAS AB INCVNABVLIS VIXIT,
TECVMQVE VERITAS AD VITÆ METAM PERMANSIT.

TV CASTO LABIO PVDICA VERBA PROMEBAS. A
TV PATIENS IAM PARCENDO PIE DOCEBAS.
TE SEMPER SOBRIVM, TE RECINEBAMVS HONESTVM;
TV TRIBVLANTVM VERA CONSOLATIO VERAX.
ERRORE VETERI DIV AQVILEGIA CAECA
DIFFVSA CELITES RECTAM DVM RENVERET FIDEM
ASPERA VIARVM, NINGVIDOSQVE MONTIVM CALLES
CALCANS INDEFESSVS GLVTINASTI PRVDENS SCISSOS.

TEXTVS.

Seuerinus Papa I. Hic conſtituit, abſidem beati Petri Apoſtoli ex optimo muſiuo, quod dirutum erat, renouari. Sepultus eſt B in Eccleſia beati Petri in porticu Pontificum.

ADNOTATIO.

Tom. 8. ann. 639. In vita Seuerini

Hic Seuerinus Pontifex Romanus apud Anaſtaſium, ſedit menſes duos, & dies quatuor. De huius temporibus Baronius, & Anaſtaſius latiùs loquuti ſunt, ad quos nos omnia, quæ de eo dici poſſunt, remittimus; & ſolum hic dicimus, quod à Romano omnino prætermiſſum eſt. Fuit igitur iſte Pontifex valde benignus erga omnes, amator pauperum, largus, mitiſſimus, ſanctus, amator Cleri, quem, & omnibus bonis, vel donis augmentauit: diuiſit enim omni Clero rogam integram: & multa alia bona pro Eccleſia Dei perfecit, quæ breuitatis cauſa omittimus, C & ad prædictos Auctores referimus, vt dictum eſt.

TEXTVS.

Ioannes Papa Quartus. Hic dimiſit in Clerum rogam integram. Sepultus in Baſilica beati Petri in porticu Pontificum.

ADNOTATIO.

Tom. 8. ann. 640. & 641.

Hic Ioannes Papa Quartus nonnulla bona ſub ſuo Pontificatu fecit. Sic etiam multa dona, atque ornamenta ex argento, auroque mundiſſimo Eccleſiæ, & Oratorio donauit, ab ipſo à fundamentis factis: de quibus Anaſtaſius latiùs loquutus eſt, & Baronius nonnulla de hoc Pontifice Ioanne optime adnotauit, ſicuti D etiam de temporibus illius Pontificatus. Vide etiam Platinam, & Ciacconium de vita, rebuſque geſtis huius Pontificis. Nos tantum hic agimus de pietate, atque religione huius Ioannis Papæ Quarti. Fuit vir ſanctus, pius, liberalis erga pauperes; libentiſſime effundebat largitatem in redimendis captiuis: & multa alia bona fecit, & Oratoria plura conſtruxit. In cuius teſtimonium pietatis adducimus hoc epitaphium à Baronio inuentum, quod ſic ſe habet.

MAR-

A MARTYRIBVS CHRISTI DOMINI PIA VOTA IOANNES
REDDIDIT ANTISTES SANCTIFICARE DEO. Bar. tom.8.ann.641.
AT SACRI FONTIS SIMILI FVLGENTE METALLO
PROVIDVS INSTANTER HOC COPVLAVIT OPVS.

Et hoc ſatis de Ioanne Papa Quarto.

TEXTVS.

Theodorus Papa Primus, qui leuauit corpora ſanctorum Martyrum Primi, & Feliciani de Arenario via Numentana, & honorifice recondidit ea in Eccleſia beati Stephani Protomartyris in Cœlio Monte. Hic ſepultus eſt in porticu Pontificum, cu-
B ius epitaphium eſt iſtud.

INCVBAT EGREGII THEODORI PRÆSVLIS ALMI. &c.

ADNOTATIO.

Hæc Romanus, qui de rebus geſtis huius Pontificis nihil aliud adnotauit. Nos autem dicimus cum omnibus ſcriptoribus, qui de vitis Romanorum Pontificum ſcripſerunt: Hic fuit amator pauperum, largus, benignus ſuper omnes, & multum miſericors: qui in Cathedra ſancti Petri ſedit annos ſex, menſes quinque, dies viginti. Baronius non ſolum de rebus geſtis huius Pontificis latiùs loquutus eſt, verùm etiam de temporibus huius Pontificis; ſcripſit etiam & Anaſtaſius. Tantùm hic addimus epita- Tom. 8. ann. 643 645. & 648.
C phium ſcriptum in laudibus ipſius Pontificis Theodori, quod Ba- In vita ipſius.
ronius adnotauit, quod ſic ſe habet.

EXQVIRENS PIETAS TECTVM DECORARE SACRATVM, Baron. tom. 12. pag. 931.
PASTORIS SVMMI THEODORI CORDA DIREXIT.
QVI STVDIO MAGNO SANCTORVM CORPORA CVLTV
HOC DEDICAVIT, NON PATRIS NEGLECTA RELIQVIT

TEXTVS.

Eugenius Papa I. Hic fuit benignus, mitis, & omnibus affabilis, & indigentibus elemoſinam ſæpiſſime miniſtrauit. Sepultus eſt in Eccleſia beati Petri.

D
ADNOTATIO.

De rebus geſtis huius Pontificis pauca quidem Romanus loquutus eſt, quoniam Anaſtaſius, Platina, & Ciacconius, non Tom. 8. ann. 654.
ſolum de rebus geſtis, ſed etiam de temporibus huius Pontificis optime loquuti ſunt, & Baronius præcipue. Sedit in Cathedra S. Petri annos duos, menſes octo, dies vigintiquatuor.

TEXTVS.

Vitalianus Papa. Hic regulam Eccleſiaſticam, atque vigorem, vt mos erat, omnimodo conſeruauit.

ADNOTATIO.

A

De rebus geſtis Vitaliani Papæ Primi multa quidem ſunt dicenda,à Romano huius Baſilicæ Canonico omiſſa. Anaſtaſius autem, & Baronius non pauca de hoc Pontifice ſcripſerunt; atque etiam Platina, & Ciacconius, qui dixerunt non ſolum de rebus geſtis huius Pontificis,ſed etiam de temporibus Pontificatus. Nos quoque nonnulla dicemus de vita, atque ſanctitate, rebuſque geſtis huius Pontificis, cum Anaſtaſio: [Hic (inquit) direxit reſponſales ſuos cum ſynodica iuxta conſuetudinem in regiam Vrbem, apud piiſſimos Principes, ſignificans de ordinatione ſua. Et dum ſuſcepti eſſent, renouantes priuilegia Eccleſiæ reuerſi ſunt, quorum Principum clementia per eoſdem miſſos direxerat B. Petro Apoſtolo, & Euangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu ornata, &c. Huius temporibus venit Conſtantinus Auguſtus de Regia Vrbe, &c. & ipſa die ambulauit ipſe Imperator ad ſanctum Petrum, adorationem, & donum ibi obtulit, &c.] Pergit dicere Anaſtaſius: [Dominico die proceſſit ad ſanctum Petrum cum exercitu ſuo. Omnes cum cereis exierunt obuiam ei, & obtulit ſuper Altare illius Pallium auro textile.] Et multa ſic in itinere ipſius Imperatoris, ſic etiam in Vrbe ſcitu digniora. Nos autem breuitatis cauſa omnia remittimus ad Auctores ſuperius adductos, qui optime annotarunt. B

In vita Vital. pp. I.

TEXTVS.

C

Adeodatus Papa. Hic fecit Monaſterium ſancti Eraſmi, ſitum in Monte Cœlio,

ADNOTATIO.

De huius Pontificis vitæ ſanctitate, rebuſque geſtis, Romanus Auctor rem paucis complexus eſt, ſed ſolum mentionem fecit, perfeciſſe Monaſterium ſancti Eraſmi in Cœlio Monte: diuerſimode autem ſcribit Anaſtaſius, nempe his verbis. [In Monaſteria ſancti Eraſmi ſito in Cœlio monte, in quo cum veniſſet ſanctiſſimus vir, multa noua ædificia augmentauit, ſed & multa ibi prædia conquiſiuit, & in vita ſua Abbatem, vel Congregationem ibidem inſtituit.] Hæc Anaſtaſius. Et nos Deo fauente, in ſecundo tomo Titulorum Cardinalium latius de hoc Monaſterio loquuturi ſumus. De temporibus poſt Adeodati mortem Anaſtaſius mentionem fecit per hæc verba. [Poſt cuius tranſitum tantæ pluuiæ, & tonitrua fuerunt, quales nulla ætas hominum meminit eſſe; vt etiam homines, & pecudes de fulgure interirent. Et niſi per Litanias, quæ quotidie fiebant, Dominus eſſet propitiatus, non potuiſſent homines triturare, vel in horreis frumenta recondere. In tantum enim creuere hæc mala, vt ex ipſis D

In vita Adeodati.

pluuijs

A plnuijs denuo legumina renaſcerentur, & ad maturitatem deuenirent; pro quo capti homines mirabantur.] Baronius autem latius tam de vita, rebuſque geſtis huius Poutificis, quàm de temporibus, optima ſcribendi ratione exercuit. Vide etiam Platinam & Ciacconium, ad quos nos referimus. Et hæc de Adeodato Papa Primo.

Tom. 8. ann. 663. vſq. ad 675.

In vita Adeodati pp.

TEXTVS.

Donus Papa. Hic atrium Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, quod eſt ante Eccleſiam, magnis marmoribus ſtrauit.

Vide Paulum Diaconum.

ADNOTATIO.

Romanus pauca loquutus eſt de hoc Pontifice, & nullum ſermonem fecit de illius Pontificatus temporibus; de quibus Anaſtaſius, Platina nonnulla dicunt: ſed Baronius tam de vita, quàm de temporibus iſtius Pontificis, latius loquutus eſt. Nos verò dicimus, reſtauraſſe nonnullas Eccleſias in Vrbe Roma, & extra: Clerum quoque diuerſis ordinibus, & honoribus ampliauit, reformauitque Monaſteria. Multa etiam alia bona fecit in Eccleſia Dei, quæ nos breuitatis cauſa omittimus, & ad ſupradictos Auctores conferimus. Hæc de Dono Papa I.

B

In vita Doni pp. I.

Baron tom. 8. ann. 676. & 677. & 678.

TEXTVS.

Agatho Papa. Hic in tantum benignus, ac manſuetus fuit, vt etiam omnibus hilaris, & iucundus comprobaretur.

C ADNOTATIO.

De rebus geſtis huius Pontificis Romanus huius Baſilicæ Canonicus nihil quidem dixiſſe mihi videtur; tanto magis, quanto Anaſtaſius, & Platina, Ciacconius, & alij, qui de vitis Romanorum Pontificum ſcripſerunt, latius loquuti ſunt; Baronius autem optime de eo egit, tam de rebus geſtis, quàm de temporibus illius. Nos autem hic dicimus, Agathonem natione Siculum, & Monachum fuiſſe, & ſediſſe in Cathedra Diui Petri annos tres, menſes octo, dies quindecim. Hic dimiſit omni Clero rogam vnam, & ad luminaria Apoſtolorum, & ſanctæ Mariæ ad Præſepe ſolidos duo mille centum, & ſexaginta. Fecit etiam multa alia bona in ſuo Pontificatu pro Eccleſia Dei; de quibus vide Auctores ſupradictos: & ſolùm hic eius epitaphium ponimus, quod inciſum erat in eiuſdem ſancti Agathonis ſepulchro, his verſibus.

Tom 8. ann. 678. vſque 682.

D

PONTIFICALIS APEX VIRTVTVM PONDERE FVLTVS,
VT IVBAR IRRADIAT, PERSONAT VT TONITRV.
QVÆ MODO HOC PERAGIT DOCTRINÆ FOMES, ET AVCTOR,
FORMAT ENIM GESTIS, QVOS DOCET ELOQVIIS.

DVM SIMVL ÆQVIPARAT VIRTVS, ET CVLMEN HONORIS, A
OFFICIVM DECORAT: MORIBVS ARTE GERIT.
PRODITVS HIS MERITIS ANTISTES SVMMVS AGATHO
SEDIS APOSTOLICÆ FOEDERA FIRMA TENET.
EN PIETAS EN PRISCA FIDES INSIGNIA PATRVM
INTEMERATA MANET NISIBVS ALME TVIS.
QVIS VERO DENVMERET MORVM DOCVMENTA TVORVM,
FORMVLA VIRTVTVM DVM TVA VITA FORET?

TEXTVS. B

Leo Papa Secundus. Hic ſanctiſsimus vir, in diuina ſcriptura eloquentiſsimus fuit: ſepulrus in Vaticano iuxta corpus Apoſtoli.

ADNOTATIO.

Pauca Romanus Presbyter,& Canonicus huius Baſilicæ, ſcripſit de ſanctiſſimo Leone Papa Secundo; de cuius rebus geſtis, ſanctitateque vitæ, multa non ſolùm ab Anaſtaſio, ſed etiam à Platina, acta ſunt & apud omnes Auctores, qui de vitis Romanorum Pontificum ſcripſerunt, bene intelligi poteſt. Nos autem hic pauca etiam dicimus, quia non longo tempore vixit, ſicut Anaſtaſius affirmat. Leo natione Siculus ſedit menſes decem, dies C octo. Hic Pontifex ſanctiſſimus multa bona fecit in varijs Eccleſijs, quarũ multas à fundamentis ædificauit,& multas conſtitutiones pro bona Eccleſia Dei fecit, ſiue in publica ſynodo, ſiue in Concilijs; Baronius optime illius Pontificatus tempora adnotauit, ad quem, & alios Auctores ſupracitatos referimus. Sepultus eſt in Vaticano.

Tom. 8. ann. 683.

TEXTVS.

Benedictus Papa Secundus. Hic ab ineunte ætate in Eccleſia militauit, paupertatis ſemper amator: ſepultus apud B. Petrum.

ADNOTATIO.

Benedictus Papa Secundus ſedit in Cathedra B. Petri menſes D octo, & dies decem & ſeptem. Itaque non eſt mirandum, ſi à Romano noſtro Auctore de huius Pontificatus tempore, atque geſtis, pauca dicta ſunt. Baronius autem, & Anaſtaſius aliquid de hoc Pontifice adnotarunt, ſicut etiam de temporibus illius. Nos autem hic dicimus, hunc Pontificem multa bona ſuo tempore feciſſe, tum in Baſilica beati Petri Apoſtoli, tum in alijs Eccleſijs, & Titulis: quæ omnia ad prædictos Auctores videri poſſunt. Hic tantùm adnotauimus hoc epitaphium inuentum in ſua ſepultura, ſicut Baronius ait, his verſibus.

Baron. tom. 8. ann. 684.
In vita Benedict. II.
Tom. 12. pag. 932.

MAGNA

A MAGNA TVIS, BENEDICTE PATER, MONVMENTA RELINQVIS,
VIRTVTVM TITVLOS, O DECVS, ATQVE DOLOR.
FVLGVRIS IN SPECIEM MENTIS SPLENDORE CORVSCAS;
PLVRA SED EXIGVO TEMPORE COEPTA FLVVNT.
CVNCTA SACERDOTVM PRÆSTANTIA MVNIA COMPLES,
ET QVO QVISQVE BONO CLARVIT VNVS HABES.
QVIPPE QVOD A PARVO MERITIS RADIANTIBVS AVCTVS,
IVRE PATRVM SOLIVM PONTIFICALE FOVES.
NON HOC AMBITIO RAPTI TIBI PRÆSTAT HONORIS:
INDOLIS EST FRVCTVS, QVAM COMITATVR HONOS.
B ET QVIA SOLLERTER CHRISTI REGIS AGMINA PASTOR,
PERCIPE SALVATI PRÆMIA CELSA GREGIS.

TEXTVS.

Ioannes Papa V. cuius temporibus regnauit Iuſtinianus ſanctiſſimus Imperator.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis huius Pontificis Ioannis Quinti, nihil Romanus Auctor loquutus eſſe mihi videtur: & tamen de geſtis, & de temporibus illius Pontificatus, Anaſtaſius, Platina, & Baronius latius ſcripſerunt, ad quos nos referimus; & tantùm hic dicimus, C hunc Pontificem fuiſſe religioſiſsimum, valde manſuetum; qui multa bona operatus eſt in Eccleſia Dei, quæ apud ſupracitatos Auctores leguntur.

In vita Ioannis V.

Et Bar. tom. 8. ann. 685.

TEXTVS.

Conon Papa. Hic dimiſit in Clero, Monaſterijs videlicet, Diaconis, & Manſionarijs, benedictionem in auro, ſicut prædeceſſor eius Benedictus Papa Secundus fecerat.

ADNOTATIO.

Huius Pontificis res geſtas, non breuiter Platina, Anaſtaſius, & Ciacconius ſcripſerunt, & Baronius latius, etiam de temporibus huius Pontificatus tractauit. Nos autem tantum dicimus, ſediſſe menſes vndecim, dies viginti tres. In cuius electione dum ad Pontificatum quæreretur, non minima contentio facta eſt: & multa alia bona facta fuerunt in Eccleſia Dei, quæ breuitatis cauſa ad ſupradictos Auctores referimus. Et hæc ſatis de Conone Papa.

In vita Canon. tom. 8. ann. 686. & 687

D

TEXTVS.

Sergius Papa I. qui conſtituit, vt in Natiuitate Beatæ MARIÆ, Annũtiatione, Purificatione, Letania exeat à ſancto Adriano, & ad ſanctam Mariam in Præſepe populus concurrat. Hic ſepultus

eſt

eſt in Eccleſia beati Petri inter portam Argenteam, & portam Rauennaticam. Cuius epitaphium eſt iſtud. A

LIMINA QVISQVIS ADIS PAPÆ METVENDA BEATI,
CERNE PII SERGII, EXCVBIASQVE PETRI.
CVLMEN APOSTOLICÆ SEDIS IS IVRE PATERNO
ELECTVS TENVIT, VT THEODORVS OBIT.
PELLITVR VRBE PATER, PERVADIT SACRA IOANNES,
ROMVLEOSQVE GREGES DISSIPAT IPSE LVPVS.
EXVL ERAT PATRIA SEPTEM VOLVENTIBVS ANNIS,
POST MVLTIS POPVLI VRBE REDIT PRECIBVS.
SVSCIPITVR, PAPA SACRATVR, SEDE RECEPTA B
GAVDET, AMAT PASTOR AGMINA CVNCTA SIMVL.
HIC INVASORES SANCTORVM FALCE SVBEGIT
ROMANÆ ECCLESIÆ, IVDICIISQVE PATRVM.

ADNOTATIO.

De Sergij Papæ I. rebus geſtis, & ipſius etiam vitæ ſanctitate, pauca hic adnotauit Romanus Auctor noſter: ſed Anaſtaſius, & Platina, atque Ciacconius, copioſe de ipſo Pontifice loquuti ſunt. Baronius autem non ſolum cum eruditione de rebus geſtis ipſius Pontificis, ſed de temporibus egit. Nos autem ad ſupradictos Auctores, hic dicimus tantum de donis factis nonnullis Eccleſijs, cum Anaſtaſio, qui ita ait: [Hic beatiſſimus vir in ſacrario beati Apoſtoli capſam argenteam in angulo oſcuriſſimo iacentem, & ex nigredine tranſactæ annoſitatis, nec ſi eſſet argentea apparentem, Deo ei reuelante, reperit. Oratione itaque facta ſigillum expreſſum abſtulit, locellum aperuit, in quo interius plumatium ex holoſerico ſuperpoſitum, quod ſtauracis dicitur, inuenit. Eoque ablato, inferiùs crucem diuerſis ac precioſis lapidibus perornatam inſpexit: de qua tractis quatuor petalis, in quibus gemmæ clauſæ erant miræ magnitudinis, & ineffabilem portionem ſalutaris Ligni Dominicæ Crucis inuenit. Quæ etiam ex die illo pro ſalute humani generis ab omni populo Chriſtiano die Exaltationis ſanctæ Crucis in Baſilica Saluatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, oſculatur, ac adoratur. Hic fecit Imaginem beati Petri Apoſtoli, quæ eſt in parte mulierum. Hic fecit Thimiamaterium aureum maius cum columnis, & cooperculo, quod ſuſpendit ante Imagines tres aureas beati Petri Apoſtoli, in quo incenſum, & odor ſuauitatis feſtis diebus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, omnipotenti Deo opulentiùs mittitur, Hic poſuit in abſida Baſilicæ ſupraſcriptæ ſuperſedem appellariam

In vita Sergij I. tom. 8. ann. 692.

C

D

riam

A riam argenteam penſ. lib. centum viginti. Hic fecit in Baſilica ſupraſcripta faros argenteos ſex penſ. ſing. lib. triginta, qui ſunt ſuper trabes ad ingreſſum Confeſſionis.]

Pergit dicere Anaſtaſius: [Hic fecit in circuitu Altaris Baſilicæ ſupraſcriptæ trabes octo, quatuor ex eis albos, & quatuor coccineos. Hic tectum, & cubicula, quæ circumquaque eiuſdem Baſilicæ ſunt, quæ per longa tempora ſtillicidijs, & ruderibus fuerant diſſipata, ſtudioſiùs innouauit, ac reparauit. Hic muſiuum, quod ex parte in fronte atrij eiuſdem Baſilicæ fuerat dirutum, innouauit. Similiter & ſpecula eiuſdem Eccleſiæ, quæ ſuper ſedem ſunt, vel regios arcus maiores ſunt, renouauit. Hic corpus beati
B Leonis probatiſſimi Patris, atque Pontificis, quod in adito inferioris ſecretarij prædictæ Baſilicæ poſitum fuerat, facta diligentiùs tumba in denominata Baſilica, publico loco, vt ſibi fuerat reuelatum, repoſuit, ac locum ipſum ornauit. Hic fecit patenam auream maiorem habentem gemmas albas, & in medio ex hyacintho ſmaragdo, crucem, lib. viginti, &c.] Multa, quaſi infinita alia bona fecit tum in donis ex auro, argentoque, precioſiſque gemmis ornatis, alijs Eccleſijs collatis, tum etiam in fabricis, in multis Baſilicis, atque titulis etiam à fundamentis reædificatis, muſiuo marmoribuſque ornatis, quæ hìc omittimus, ad Auctores prædictos omnia breuitatis cauſa referentes.

C

TEXTVS.

Ioannes Papa Sextus. Hic fecit in Eccleſia beati Andreæ ad ſanctum Petrum ambonem nouiter constructum.

ADNOTATIO.

De Pontificis Ioannis Sexti geſtis non multa Romanus loquutus eſt, more ſolito: de cuius vita Anaſtaſius, Platina, & Ciacconius multa adnotarunt, vti de temporibus illius Pontificatus. Baronius autem latè & optime ſcripſit: ad quos nos lectorem remittimus: & tantùm dicimus, ipſum ſanctiſſimum Pontificem multa bona feciſſe in Eccleſia ſancti Marci, in Baſilica B. Pauli Apoſtoli, & alia permulta, quæ breuitatis cauſa prætermittimus. Et
D hoc ſufficiat de Ioanne Papa VI.

Tom. 8. ann. 702. 703. 704.

TEXTVS.

Ioannes Septimus Papa, vir eloquentiſſimus. Hic fecit Oratorium infra Eccleſiam beati Petri ſanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ in parte ſiniſtra, iuxta portam Guidaniam: cuius parietes muſiuo depinxit. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum iuxta Altare Oratorij, quod ipſe conſtruxit, ſub xv. Kal. Nouembris. Ante Oratorium eſt Sudarium Chriſti, quod vocatur Veronica.

ADNOTATIO. A

De Ioanne Papa Septimo nonnulla alia dicere poterat Auctor noſter Romanus, ſicut nos legimus apud Anaſtaſium, tam de reſtauratione Eccleſiarum, vel Titulorum; quàm etiam de donis ex argento, atque auro in multis Eccleſijs, vel Baſilicis collatis, & præclaris picturis, muſiuoque ornatis. Et Baronius de geſtis ipſius, & de temporibus huius Pōtificatus latè, & eruditè adnotauit.

Tom. 8. ann. 705. & 706.

TEXTVS.

Siſinnius Papa I. Hic fuit conſtans animo, & curam agens pro Clero, & habitatoribus huius Ciuitatis.

ADNOTATIO.

Romanus de hoc Pontifice pauca adnotauit; & non ſine ratione; quia paruo tempore in Cathedra Diui Petri ſedit, ſicut Anaſtaſius tradit his verbis. [Siſinnius natione Syrus ex patre Ioanne, ſedit dies viginti. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum Apoſtolum.] Vide etiam Baronium, qui more ſolito, ſic de temporibus, ſic etiam de vita huius Pontificis ſcripſit. Et hoc ſatis de Siſinnio Papa. B

Tom. 8. ann. 708.

TEXTVS.

Conſtantinus Papa I. Hic vir valde mitis fuit, vt in Pontificali habetur. Cuius temporibus in Vrbe Roma fames magna facta eſt per annos tres: ſed poſtea per miſericordiam Dei tantæ fertilitatis vbertas ſecuta eſt, vt ſterilitatis inopiam obliuioni mandaret. C

ADNOTATIO.

De rebus geſtis huius Pontificis Conſtantini pauca loquutus eſt Romanus. Anaſtaſius autem, Platina, & Ciacconius, multa de illo Pontificatu ſcripſerunt, ſic etiam Baronius. Nos autem nonnulla hic dicimus, Conſtantinum natione Syrum ex patre Ioanne ſediſſe annos ſex, dies quindecim, & vniuerſales ſynodos in Eccleſia beati Petri erexiſſe. Hic Conſtantinus refecit patenam auream penſ. lib. 12. & multa alia bona fecit in Eccleſia Dei, de quibus nos ad prædictos ſupracitatos Auctores referimus. Et hoc ſufficiat de Conſtantino Papa I. D

In vita Conſtantin. Tom. 8. ann. 709.

TEXTVS.

Gregorius Papa Secundus. Hic ſanctiſſimus Præſul in diuina ſcriptura valde eruditus fuit, facundus loquela, & conſtans animo. Sepultus apud beatum Petrum Apoſtolum ij. Idus Februarij in porticu Pontificum.

ADNOTATIO.

Multa de Pontificis Gregorij Secundi geſtis, Romanus reticuit, vel leuiter de eo loquutus eſt; cum tamen Anaſtaſius, Platina,

In vita Gregorij. II.

A na, atque Ciacconius multa ſcripſerint de rebus ipſius geſtis, necnon etiam de temporibus. Baronius verò meliùs, atque latiùs loquutus eſt. Nos autem nonnulla Deo fauente de hoc ſancto Pontifice dicturi ſumus, cum Anaſtaſio [Gregorius (inquit) Secundus natione Romanus, ex patre Marcello, ſedit annos 16. menſes 9. dies 11. &c. Exordio Pontificatus ſui calcarias decoqui iuſſit, & à porticu S. Laurentij inchoans huius Ciuitatis muros reſtaurare decreuerat; & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis, varijſque tumultibus præpeditus eſt, &c. Hic quadrageſimali tempore, vt in quinta feria ieiunium, atque Miſſarum celebritas fieret in Eccleſijs, quod non agebatur, inſtituit.

Bar. tom. 9. ann. 714 716. 715. 717 726 & 729

B Oratorium ſane in Patriarchio in nomine beati Petri Apoſtoli, diuerſis ornatum metallis, à nouo fecit, & circumquaque Altaris parietes deargentauit, ac depinxit duodecim Apoſtolos, qui penſ. lib. centum & octuaginta.] Pergit dicere Anaſtaſius: [Fecit calicem aureum præcipuum diuerſis ornatum lapidibus precioſis, penſ. lib. 30. ſimiliter & patenam auream penſ. lib. 28. & ſemis. Hic dimiſit omni Clero, Monaſterijs, Diaconiæ, & Manſionarijs, ſolidos duo millia centum ſexaginta, & ad luminaria beati Petri Apoſtoli ſolidos mille.] Multa, imo infinita alia bona fecit, in reparatione Baſilicarum, atque Eccleſiarum, quas ſplendide alijs donis ex argento, & auro ornauit: quæ leguntur apud Baro-

Tom. 9. ann. 714 715. & 717.

C nium, & Anaſtaſium, & alios Auctores ſupracitatos. Et hæc ſatis de Gregorio Papa Secundo.

TEXTVS.

Gregorius Papa Tertius. Hic requieſcit in illo loco, vbi Domnus Papa Eugenius Tertius requieſcit.

ADNOTATIO.

Non eſt dubitandum, Romanum nihil de Gregorio Papa Tertio dixiſſe: tantò magis, quantò apud Anaſtaſium multa leguntur de hoc Pontifice: ſimiliter apud Platinam de temporibus illius Pontificatus, & apud Baronium latè, & eruditè tractatur. Nos autem nonnulla hic adnotabimus ad noſtram Baſilicam B. Petri

In vita Greg. III. tom. 9. ann. 731. 732

D in Vaticano attinentia cum Anaſtaſio. [Hic, inquit, conceſſas ſibi columnas ſex onychinas volubiles ab Eutychio Exarcho, duxit eas in Eccleſia beati Petri Apoſtoli; quas ſtatuit circa Presbyterium ante Confeſſionem, tres à dextris, & tres à ſiniſtris, iuxta alias antiquas ſex lithoparias: ſuper quas poſuit trabes, & veſtiuit eas argento mundiſſimo. In quibus ſunt expreſſæ ab vno latere effigies Saluatoris, & Apoſtolorum; & ab alio latere, Dei Genitricis, & Sanctarum Virginum. Poſuitque ſuper eas lilia, & fara argentea, penſ. in vnum lib. ſeptuaginta. Hic fecit Orato-

Orat à Greg. pp. III. rium intra eandem Baſilicam iuxta arcum principalem parte virorum; in quo recondidit in honorem Saluatoris, ſanctæque eius Genitricis, reliquias, ſanctorumque Apoſtolorum, vel omnium ſanctorum Martyrum, ac Confeſſorum, perfectorumque iuſtorum toto in orbe terrarum requieſcentium. Quorum feſta vigiliarum à Monachis trium Monaſteriorum illic ſeruientium quotidie per ordinem exiſtentium, atque natalitiorum Miſſas in eodem loco celebrare inſtituit, &c. Quam inſtitutionem eodem Oratorio tabulis lapideis conſcribere fecit; in quo faciens pergulam, contulit dona diuerſarum ſpecierum; id eſt gabathas aureas duas, alias ſaxicas numero quinque: Cruces pendentes numero quatuor: item Cruces ſimiles numero decem: amulas ſuperauratas paria duo pendentes: fibulatoria numero quinque: coronam auream cum Cruce pendentem, gemmis ornatam, ſuper Altare: patenam, & calicem aureum, paratum vnum in gemmis: aquamanile argenteum par vnum: & Imaginem ſanctæ Dei Genitrìcis, diadema aureum cum gemmis, & collare aureum cum gemmis pendentibus, inaures habentes hyacinthinas ſex: & faciem Altaris, & Confeſſionem cum regulis veſtiuit argento: & in tribus lateribus Altaris poſuit cruces argenteas tres penſ. in vnum lib. triginta ſex. Caniſtra argentea duo: Calicem argenteum quotidianum: Coronulas argenteas numero quinque: & Calicem argenteum vnum, qui pendet in abſide ipſius Oratorij: & ſuper eandem abſidem cruces argenteas tres, & cætera, quæ in ornamento pergulæ, ſeu ad veſtes Altaris ordinata ſunt.] A B C

Pergit etiam Anaſtaſius dicere. [Item Diaconiam ſanctorum Sergij, & Bacchi, ſitam ad Beatum Petrum Apoſtolum, in qua pridem paruum Oratorium erat, à fundamentis ampliori fabrica dilatauit. Et concedens omnia, quæ in vſu Diaconiæ exiſtunt, ſtatuit perpetuo tempore pro ſubſtentatione pauperum, in Diaconiæ Miniſterio deſeruire. Item in Cœmeterio ſanctæ Petronillæ ſtationem annuam dari inſtituit, vbi obtulit coronam auream, calicem, & patenam argenteam, ſeu alia diuerſa ad ornatum Eccleſiæ pertinentia. Item accubita, quæ ſunt ad beatum Petrum, in ruinis poſita, à fundamentis nouiter reſtaurauit atque depinxit.] Pergit etiam Auctor Anaſtaſius dicere: [Et hoc conſtituit, vt ſecundum conſtitutum, quod à Collegio Sacerdotum coram ſacro corpore beati Petri factum eſt, pro celebrandis ſolemnijs vigiliarum, atque Miſſarum Chriſti Domini noſtri, ſanctæque eius Genitricis, ſanctorum Apoſtolorum, vel omnium ſanctorum Martyrum, ac Confeſſorum, perfectorumque iuſtorum toto in orbe terrarum requieſcentium, vt in Oratorio nomi- D

A ni eorum dicato intra Eccleſiam beati Petri Apoſtoli, ſub arcu principali, à Monachis vigiliæ celebrarentur, & à Presbyteris hebdomadarijs Miſſarum ſolemnia. Iiſdemque inſtitutis diſpoſuit, vt in Cœmeterijs circumquaque poſitis Romæ, in die natalitiorum eorum luminaria ad vigilias faciendas, & oblationes de Patriarchio per oblationarium deportarentur ad celebrandas Miſſas, per quem præuiderit Pontifex, qui pro tempore fuerit, ſacerdotem, &c.] Multa præterea bona fecit multis Eccleſijs, atque Baſilicis, tituliſque, tam in Vrbe Roma quàm extra; quæ numerare longiſſimum eſſet. Quare hic facimus punctum, & ad ſupra adductos Auctores in toto & per totum Lectorem
B remittimus. Et hoc ſatis de Gregorio Papa Tertio.

TEXTVS.

Zaccharias Papa. Hic in Patriarchiuo, ſcilicet, ſub ſancto Laurentio de Palatio Lateranenſi, beati Georgij Martyris capud reperit in caſſa reconditum. Sepultus apud beatum Petrum in porticu Pontificum.

ADNOTATIO.

Nihil de Papa Zacharia ſanctiſſimo Romanus Auctor noſter loquutus eſt; nec de eius geſtis mentionem fecit. Anaſtaſius autem non ſolum de vita eiuſque ſanctitate, ſed etiam de tempori-
C bus illius Pontificatus adnotauit: & Baronius latiſſime. Nos verò nonnulla de donis ab ipſo Pontifice factis Baſilicæ Vaticanæ agemus cum Anaſtaſio ita ſcribente: [Hic in Eccleſia Apoſtolorum Principum Petri & Pauli pendentia vela inter columnas ex palleis ſericis fecit. Hic in Eccleſia prædicti Principis Apoſtolorum omnes codices domus ſuæ proprios, qui in circulo anni leguntur ad Matutinos, in armarij opere ordinauit. Hic domumcultam lauretum nouiter ordinauit, adijciens & maſſam Fontinianam, quæ cognominatur Paunaſia.

Tom, 7. ann. 742. 743. 747. & 750.

Hic viginti auri libras pro emendo oleo annuè, vt de lucro eorum in luminaribus Apoſtolicis proficiat, inſtituit. Et conſtitutum
D ſub anathematis vinculo obligauit. Hic fecit veſtem ſuper Altare beati Petri ex auro textam, habentem natiuitatem Domini Dei, & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, ornauitque eam gemmis precioſis: ſimulque & vela ſerica alithyna quatuor, quæ & ornauit in rhodicis, & ornamentis varijs auro textis. Item fecit coronam de argento puriſſimo cum delphinis ex proprio ſuo, penſ. lib. centum viginti.]

Pergit iam Anaſtaſius dicere: [Huius temporibus Carolomanus filius Caroli Francorum Regis, præſentis vitæ relinquens gloriam, atque poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum Apo-

ſtolorum Principem deuotus cum aliquantis ſuis aduenit fidelibus, ſeſeque eidem Dei contulit Apoſtolo, atque in ſpirituali habitu ſe fore ſpondens permanſurum, Clericatus iugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit Pontifice. Et inter alia multa dona, obtulit beato Petro Apoſtolo ante Confeſſionem arcum argenteum maiorē penſ. lib. ſeptuaginta. Et poſt aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt, profectus eſt Monaſterium, in quo & ſuam finiri vitam iure profeſſus eſt iurando, &c. Hic maſſas, quæ vocantur Antrus, & Formias, ſuo ſtudio iure beati Petri acquiſiuit, quas & domos cultas ſtatuit. Et de omnibus ſuperiùs adnexis domocultis Apoſtolicæ exarationis conſtituta faciens, atque ſacerdotale Collegium aggregans, ſub anathematis interdictionibus ſtatuit: Nulli quoquo modo ſucceſſorum eius Pontificum, vel alij cuilibet perſonæ, licere ipſas domos cultas ab vſu Eccleſiæ quoquomodo alienare. Hic fecit veſtem ſuper Altare beati Andreæ Apoſtoli ad beatum Petrum nimis optimam.] Et multa hic ſanctiſſimus Præſul bona fecit in variis Eccleſijs, atque Baſilicis; quæ enumerare longiſſimum eſſe iudicaui, ſed ad Auctores ſuperiùs adductos nos referimus.

A

B

T E X T V S.

Stephanus Papa Secundus. Hic ſanctiſſimus Præſul in ſua propria domo conſtruxit à fundamentis Monaſterium in honorem ſancti Stephani Papæ & Martyris, atque Pontificis: necnon & beati Silueſtri Papæ, in regione Columpnæ. Hic ſepultus eſt in porticu Pontificum. Cuius Epitaphium eſt iſtud.

C

SVBIACET HIC STEPHANVS ROMANVS PAPA SECVNDVS.

A D N O T A T I O.

De hoc Pontifice Stephano Secundo magnam quæſtionem inuenio inter Scriptores. Nonnulli enim dicunt, Stephanum Papam Secundum vixiſſe in Pontificatu dies tres, ſtatimque ipſo die alium Stephanum in Baſilica Diuæ Mariæ ad Præſepe creatum Pontificem, qui fuit natione Romanus. At Romanus noſter Author nihil dixit de Stephano Papa Secundo, qui tertio die ipſius Pontificatus ſuum diem obijt. Alij verò affirmant obijſſe in quinto anno ipſius Pontificatus. Nos autem cum Anaſtaſio dicimus: [Defuncto verò beatæ memoriæ Domno Zacharia Papa, Stephanum, quendam Presbyterum, ad ordinem Pontificatus cunctus populus ſibi elegit, & intra Lateranenſe Patriarchium miſit: vbi biduo manens, tertio die poſtquam à ſuo ſurgeret ſomno, & ſedens familiares cauſas ſuas diſponeret; ſubito dum ſederet, alie-

D

In vita Stephani II. tom. 9. ann. 752.

A alienatus obmutuit, & ſequenti die defunctus eſt.] Hæc Anaſtaſius de Papa Stephano Secundo. Itaque nos dicimus, & loquimur de Stephano Papa Tertio, qui fuit germanus Pauli Papæ I. qui mortuo Stephano, Pontifex Romanus fuit creatus.

Multa quidem dicunt Auctores de hoc Stephano Papa Tertio, ſic etiam de illius temporibus; & præcipue Anaſtaſius, Platina, & Baronius; in quibus nullum verbum inueni de fundatione Monaſterij facta ab ipſo Pontifice in ſua propria domo: ſed Paulus ipſius frater Papa I. fundauit Monaſterium, quod noſter Romanus dixit feciſſe Stephanum; ſed reuera conſtructum illud fuit à Paulo poſt obitum Stephani fratris: de quo Monaſterio

In vita Stephani III. Et Baron. tom. 9. ann. 753. 754. 756.

B nos ſupra fol. 52. abunde diximus. Fecit verò Stephanus Tertius nonnulla Xenodochia, ſicut Anaſtaſius pergit dicere. [Mox verò reſtaurauit & quatuor in hac Romana Vrbe ſita antiquitus Xenodochia, quæ à diuturnis, & longinquis temporibus deſtituta manebant: & in eis ordinauit omnem vtilitatem, in diuerſis locis diſponens, intus etiam, & foris; in quibus, & multa contulit dona. Quæ & per priuilegij paginam ſub anathematis interdicto confirmauit. Pari modo à nouo fundaſſe dignoſcitur & Xenodochium in Plataria centum pauperum Chriſti, diſpoſitum illic faciens, quotidianum videlicet victum eorum decernens tribui. Nam & foris muros huius Ciuitatis Romanę ſecus Baſilicam beati

C Petri Apoſtoli duo fecit Xenodochia, in quibus & plura contulit bona, quæ & ſociauit venerabilibus Diaconijs illic foris exiſtentibus, vt perenniter permanerent &c.] Multa, imò infinita de rebus geſtis huius Pontificis eſſent dicenda, etiam de vita illius, tum de temporibus; & tanto magis, cùm veniſſet in Italiam contra Longobardos pro patrimonio Romanæ Eccleſiæ Pipinus ſanctiſſimus Francorum Rex, qui omnia reſtitui curauit Eccleſiæ Romanæ. Cuius hiſtoriam optime, & latiſſime ſcripſerunt Anaſtaſius, Platina, & Baronius. Itaque nos ad præfatos Auctores referimus. Et hæc ſatis de duobus Stephanis Pontificibus Secundo & Tertio.

D

TEXTVS.

Paulus Papa. Hic fuit germanus huius prædicti Stephani Papæ. Hic iacet in Vaticano iuxta Altare beatæ Mariæ.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis Pontificis Pauli I. nihil Romanus noſter Auctor loquutus eſſe mihi videtur: de quibus tamen apud Anaſtaſium, & Baronium, Platinam, & Ciacconium, latè & copioſè agitur, ſumma cum laude huius Pontificis Pauli, & etiam Pipini ſanctiſſimi Francorum Regis: ad quos Auctores nos breuitatis

[illegible] 57.

cauſa

cauſa Lectorem remittimus. Et hoc ſufficiat de Paulo I. ſuperiùs enim loquuti ſumus de hoc Pontifice in deſcriptione ipſius Oratorij beatæ Mariæ ab ipſo Pontifice facto, fol. 52. A

TEXTVS.

Stephanus Papa Tertius. Hic vir fuit ſtrenuus, & Scripturis diuinis eruditus, & in earum obſeruationibus conſtantiſſimus perſeuerator.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis Pontificis Stephani Quarti, nuncupati Tertij, ſicut adnotauit ſuperiùs Romanus, ita canonizauit Baronius, & Anaſtaſius, nonnullique alij, qui de Romanorum Pontificum vitis ſcripſerunt: qui dicunt in Pontificatu vixiſſe annos tres, menſes quinque, dies vigintiocto. Dicunt etiam fuiſſe natione Siculum, Monachum Monaſterij ſancti Chryſogoni. Fuit vir ſanctiſſimus, & fecit multa bona in ſuo Pontificatu pro Eccleſia Dei, quæ latiſſimè, ſicut etiam de ipſius Pontificatus temporibus, & de vita, atque ſanctitate, leguntur apud Anaſtaſium, & Baronium. B

In vita Stephani IV.

TEXTVS.

Leo Papa Tertius. Hic beatus Præſul conſtituit, vt ante tres dies Aſcenſionis Domini Letaniæ celebrentur. Sepultus in Eccleſia beati Petri ij. Idus Iunij.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis Leonis Papæ Tertij ſanctiſſimi, nihil Romanus loquutus eſt; quod maximam admirationem nobis attulit, quia de his, & apud Anaſtaſium, & Baronium, & Platinam, & omnes Scriptores, qui de Romanorum Pontificum vitis ſcripſerunt, latè, & copioſè tractatur. Nos autem ſuperiùs de ipſo Pontifice Leone Tertio nonnulla diximus in noſtris adnotationibus, fol 25. dum loquebamur de Oratorio ſancti Leonis Papæ Quarti in hac Baſilica exiſtente, vbi Paſchalis Secundus corpora Sanctorum Pontificum Leonis I. II. III. & IV. maxima, & religioſa pompa ab eorum ſepulchris tranſtulit, & in præfato ſuperiùs dicto Oratorio collocauit. Hac de cauſa hìc nos ad ſuperiùs Auctores adductos de illius Pontificis geſtis referimus. C D

TEXTVS.

Stephanus Papa IV. Hic præter multa bona fecit in Eccleſia beati Petri ad Vincula optimam veſtem de chriſoclabo cum gemmis.

ADNOTATIO.

Hic Pontifex à nonnullis ſcriptoribus eſt nuncupatus Stephanus Quintus, & non Quartus, vt Romanus ait, & non eſt ſociatus, quia etiam Platina ita ſenſit. Anaſtaſius autem vſus eſt ratio-

ne

A ne ſuperiùs à nobis aſſignata, videlicet, Stephanum Secundum vixiſſe tribus diebus, tamquam non fuiſſet. Nos autem dicimus de Secundo, & Tertio Pontifice, & ſic etiam Anaſtaſius. Merito igitur dicendum eſt de Stephano Quinto.

De cuius rebus geſtis Romanus nihil dixit, & non eſt mirandum, quoniam ſeptem menſes, & tres dies in Pontificatu permanſit. Anaſtaſius autem de Stephano Quinto, inter cætera, hæc habet: [Hic ſanctiſſimus vir in Pontificatu iam poſitus, pro confirmanda pace, & vnitate ſanctæ Dei Eccleſiæ, ad Franciæ arreptus eſt iter, apud Pijſſimum, & Sereniſſimum Dominum Ludouicum Imperatorem. Qui cùm in Franciam perueniſſet, tanto B honore atque exaltatione à prædicto pijſſimo Principe, atque Francorum populo ſuſceptus eſt, quanto vix lingua narrari poteſt. Et tantam illi Dominus gratiam largiri dignatus eſt, vt omnia, quæ ab eo popoſciſſe dignoſcitur, in omnibus impetrarit.] Pergit Anaſtaſius: [Fecit autem in Eccleſia beati Petri Apoſtoli ad Vincula Tymiamaterium de argento deſuper deauratum penſ. lib...... Item ſimiliter fecit gabatha de argento penſ. lib...... Similiter fecit vela holoſerica cum periclyſi de fundato num..... Imò & in eadem Eccleſia fecit veſtem de chryſoclauo cum gemmis, habentem hiſtoriam beati Petri Apoſtoli. Item fecit vela de fundato &c.] Et multa alia bona fecit, tàm in Baſilica, quàm C etiam in Eccleſijs, pijſque locis in Vrbe Roma, quæ apud Anaſtaſium, & Baronium legi poſſunt.

De Oratorio SS. Proceſsi & Martiniani. XX.

PAſchalis Papa I. Hic beatiſſimus Præſul detulit corpora ſanctorum Proceſsi & Martiniani Martyrũ, de Cœmeterio ſanctæ Agathæ in Eccleſia beati Petri. In quorum honore conſtruxit Orátorium ſummæ pulchritudinis, in quo ſatis honorifice corpora eorum recondidit in Concha Porfiretica. Sepultus in Vaticano.

D

ADNOTATIO.

De rebus huius Pontificis geſtis Romanus non multa dixit, quoniam Anaſtaſius, tam de rebus geſtis ipſius Pontificis, quàm de temporibus; latius ſcripſit, & Baronius latiſsime, & ſumma cum laude de vita, & de temporibus illius Pontificatus loquutus eſt. Tom. 9. ann. 817. vſque ad 824. Platina verò, & Ciacconius maximam partem acceperunt. Nos autem de pietate, ſanctitateque vitæ, rebuſque geſtis huius Pontificis Paſchalis Papę I. ſatis ſuperiùs diximus, dum loquuti ſumus

de Oratorio ab ipſo Pontifice fundato, atque ſplendide vermiculato ex argento, auroque, rebuſque alijs precioſis gemmis ornato, fol. 54. & 55. Hoc verò loco ad Auctores ſupracitatos reliferimus. A

XXI. De Oratorio S. Gregorij Papæ.

GRegorius Papa Quartus. Hic igne Diuini amoris ſuccenſus, corpus beati Gregorij Papæ egregij Doctoris, de loco, in quo prius ſepultus fuit, abſtulit; & non longe ab eo in alium locum nouiter conſtructum intra beati Petri Eccleſiam ſummo honore perduxit. Eiuſque ſacrum Altare, vel potius Oratorium, B ſuo nomine titulauit. In quo ſiquidem Oratorio, ſanctorum Martyrum corpora, Sebaſtiani ſcilicet, Gregorij, & Tyburtij filij Chromatij Præfecti, ex Cimiterijs, in quibus ante iacuerant, ſicut in Pontificali legitur, honorifice perduxit, & vnumquodque eorum ſeparatis Altaribus collocauit.

ADNOTATIO.

De ſancti Gregorij Oratorio à Gregorio Quarto Pontifice à fundamentis conſtructo, & ſancto Doctori, atque Pontifici Gregorio dicato, ſatis ſuperius diximus. Quare eius res geſtæ videri C poſſunt apud Anaſtaſium, Platinam, Ciacconium, & Baronium, nonnulloſque alios. Et hæc ſatis de Diui Gregorij Oratorio, à Gregorio Quarto ſplendide ædificato, atque ornato.

In vita Greg. pp. IV. Bar. tom. 9. ann. 828. vſque 842.

XXII. De Altare Apoſtolorum Symonis, & Iudæ.

IN atrio verò Eccleſiæ ad Crucem, eſt venerabile Altare ſanctorum Apoſtolorum Symonis, & Iudæ: vbi, vt à noſtris maioribus accepimus, eorum corpora precioſa requieſcunt.

ADNOTATIO. D

De Altare ſanctorum Apoſtolorum Simonis, & Iudæ, temporibus Romani noſtri Auctoris exiſtebat in veteri Baſilica à Conſtantino Magno extructa. Poſtea vero, demolita illius Baſilicæ parte, hoc Altare à Xiſto Papa Quarto fuit translatum in mediam veterem Baſilicam, vbi ſanctiſſima Euchariſtia ſeruabatur, videlicet in reſiduum veteris Baſilicæ, quæ temporibus noſtris à Paulo V. demolita fuit. Honufrius de huius Altaris translatione

ne

A ne hæc ſcribit: [Vetus verò ſanctorum Simonis, & Iudæ Altare Xyſtus Quartus tranſtulit ad mediam Eccleſiam, vbi ſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia.] Et in antiquo huius Baſilicæ veſtigio legimus hæc verba: SACELLVM SS. APOSTOLORVM SIMONIS, ET IVDÆ, VBI SANCTISSIMVM EVCHARISTIÆ SACRAMENTVM HONORIFICE CVSTODITVR. Et hæc de hoc Altare.

Honufr. de 7. Vrbis Eccleſ. pag. 45.

Vbi requieſcit Sergius Papa Secundus. XXIII.

B SErgius Papa Secundus, qui renouauit à fundamentis Eccleſiam ſanctorum Silueſtri, & Martini Pontiff. de qua fuit Preſbyter Cardinalis ordinatus. Sepultus in Eccleſia beati Petri cum Xyſto I. Papa, & Martyre, & Fabiano Pontifice, vt dicit eius Epitaphium.

SERGIVS EN IVNIOR PRÆSVL ET PLEBIS AMATOR,
HOC TEGITVR TVMVLO, QVI BENE PAVIT OVES.
SPES PATRIÆ, MVNDIQVE DECVS, MODERATOR OPIMVS,
DIVINIS MONITIS, NON FVIT ILLE PIGER.
ROMANOS PROCERES NON TANTVM FAMINE VERBI;
REBVS ET HVMANIS NOCTE DIEQVE FAVENS.
C VTQVE LEO SANCTVS, DAMASVS QVOQVE PAPA BENIGNVS,
HIC RITVM TENVIT, INSTITVITQVE GREGEM.
EGENTVM SEMPER STVDVIT RECREARE CATERVAM,
PERQVE POLI VT CAPERET COELICA REGNA LIBENS.
IAM IAM PRO TANTO TVNDAMVS PECTORA PVGNIS
PASTORE AMISSO, IVVET VT AXE POLI,
NECTITVR ECCE PIIS FAVIANO, ET CORPORE XYSTO
PRÆSVLIBVS, QVORVM SPIRITVS ASTRA MICANT.

Hoc epitaphium inuentum in Altari beati Xyſti I. quod eſt in introitu Baſilicæ beati Petri iuxta ferratam, ſuper quod Altare eſt D arcus ex mirifico muſiuo, ſicut legitur in vita Paſchalis I. Papæ. Poſuit, inquit, corpus beati Xyſti Martyris ante corpus B. Petri iuxta ferratam, ſuper quod fecit Altare lapidibus ornatum, & ſuper Altare arcum ex mirifico muſiuo.

ADNOTATIO.

De Sergij Papę Secundi geſtis Anaſtaſius, & Platina latius ſcripſerunt, ſicut etiam de huius temporibus Pontificatus: Baronius autem optimè annotauit de ſanctitate vitæ, atque etiam de tem-

Tom. 10. ann. 844. 845. 846.

pore huius Pontificis. Nos verò tantum dicimus, quantum in Baſilica beati Petri Apoſtoli operatus eſt, cum Anaſtaſio, qui ait: A

Titulus Equitij reſtauratur, & ornatur à Sergio II. Dona oblata Eccleſijs à Sergio II.

[Fecit autem in Baſilica beati Petri Apoſtoli veſtem de chryſoclauo, habentem in medio Saluatoris effigiem, & dextra læuaq; eius omnium ſanctorum Apoſtolorum rutilantes figuras; quam etiam precioſiſſimis gemmis praſinis & hyacintinis perornauit.] Et multa alia bona fecit in varijs Eccleſijs, atque Titulis, & præcipue in Titulo ſanctorum Siluestri, & Martini. Vbi ſciendum eſt ipſum præclarum Pontificem cœpiſſe à fundamentis ædificare, non tamen perfeciſſe: ſed inchoatum opus Leo Papa IV. eius ſucceſſor abſoluit, vt verſus ſequentes in abſide muſiuo opere contexto teſtantur. B

SERGIVS HANC COEPIT PRÆSVL, QVAM CERNITIS AVLAM,
CVI MORIENS NVLLVM POTVIT CONFERRE DECOREM.
SED MOX PAPA LEO QVARTVS DVM CVLMINA SVMPSIT
ROMANÆ SEDIS, DIVINO TACTVS AMORE
PERFECIT SOLERS MELIVS, QVAM COEPTA MANEBAT,
ATQVE PIA TOTAM PICTVRA ORNAVIT HONESTE.
COENOBIVMQVE SACRVM STATVIT, MONACHOSQVE LOCAVIT,
QVI DOMINO ASSIDVAS VALEANT PERSOLVERE LAVDES,
TALIBVS VT DONIS COELESTIA SCANDERE POSSIT
REGNA, QVIBVS MARTINVS OVANS, SILVESTER ET ALMVS C
PERFVLGENT, GAVDENTQVE SIMVL CVM PRÆSVLE CHRISTO;
QVORVM PRO MERITIS HÆC TEMPLA DICATA CORVSCAT.

Et hæc de Sergio Papa Secundo.

TEXTVS.

Leo Papa Nonus. Hic requieſcit infra Eccleſiam beati Petri in pilo marmoreo, prope portam Rauennaticam: de quo ſunt apud nos multa, & magna miracula. Hic condidit priuilegium Canonicorum beati Petri de confirmatione ſuarum Eccleſiarum.

D

ADNOTATIO.

De Leonis Pontificis Noni geſtis nonnulla Romanus commemoratus eſt: ſed Platina, & Ciacconius de temporibus huius Pontificatus, ac etiam de vitæ ſanctitate loquuti ſunt; Baronius autem latiſſime, & ſumma cum eruditione: ad quos nos breuitatis cauſa referimus.

In vita Leonis IX.

Tom. 10. ann. 1049. vſque 1054.

Vide Leonem Oſtienſ. lib. 2. cap. 88. 89. & 90.

TEXTVS.

Stephanus Papa Quintus; de quo eſt iſtud epitaphium.

ACCE-

A ACCEDIS QVISQVIS MAGNI SVFFRAGIA PETRI
COELESTIS REGNI POSCERE CLAVIGERI;
INTENTIS OCVLIS COMPVNCTO CORDE LOCELLVM
CONSPICE PERSPICVVM, QVO PIA MEMBRA IACENT;
HIC TVMVLVS QVINTI SACRATOS CONTINET ARTVS
PRÆSVLIS EXIMII PONTIFICIS STEPHANI.
BIS TERNIS ANNIS POPVLVM QVI REXIT, ET VRBEM,
ET GESSIT DOMINO QVÆ FVERANT PLACITA.
SVSCEPIT TELLVS CONSVMPTVM PVLVERE CORPVS,
ÆTHERA SED SCANDIT SPIRITVS ALMVS OVANS.
B VNDE PETO, CVNCTI VENIENTES DICITE FRATRES:
ARBITER OMNIPOTENS DA VENIAM STEPHANO.

Hic prædictus Stephanus Quintus requieſcit ante Eccleſiam B. Petri.

ADNOTATIO.

De rebus geſtis huius ſanctiſſimi Pontificis Stephani, Romanus non ſatis mentionem fecit, qui ab ipſo inter Pontifices Quintus huius nomine enumeratus eſt, & tamen ab Anaſtaſio Bibliothecario veraciſsimo, & approbatiſſimo illius temporis Auctore, nuncupatur Stephanus Papa Sextus, vti etiam à nonnullis Aucto- *In vita Stephani VI.*
C ribus: Nos autem ſuperiùs de hac quæſtione ſatis diximus. Hic verò dicimus cum Anaſtaſio, Sextum huius nominis nuncupari. Qui ſanctiſſimus Pontifex multa bona Eccleſijs contulit, & præcipuè Baſilicæ Diui Petri in Vaticano; quæ ab Anaſtaſio recenſentur in vita ipſius; vbi inter cætera hæc habet: [Cùm in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis; vbi ſacrum ipſius corpus requieſcit, cerneret nocturnis laudibus vix ſemel thymiamatis incenſum offerri; inſtituit vt per ſingulas Lectiones & Reſponſoria adoleatur. Et in pergula ipſius Baſilicæ ipſe Reuerendus Papa, ob amorem beati Petri nutritoris ſui poſuit cantharam auream vnam cum precioſis margaritis & gemmis, ac ſmalto cum perpendicu-
D lo ad pendendum. Necnon & in eadem venerabili Baſilica ſancti Petri obtulit regnum aureum vnum cum diuerſis margaritis; ſpatham cum vagina de auro & gemmis cum baltheo vnam. Et reuerentiam beati Gregorij Papæ præceſſoris ſui præ oculis cordis habens, tribuit idem ſummus Pontifex hoſpitali ipſius beati Gregorij in porticu beati Petri Apoſtoli Sermonum Sanctorum librum vnum. Et in ſchola Cantorum, quæ pridem Orphanotropium vocatur, Heptateuchum vnum.] Multa alia bona, vt dictum eſt, alijs Eccleſijs contulit; quarum multas à fundamentis *Vide Bar. tom. 10. ann. 885. 886. 887. 890.*

reſtau-

reſtaurauit. Et hoc ſatis de Stephano Sexto, quem Romanus appellat Quintum. A

TEXTVS.

Benedictus Papa Tertius. Hic requieſcit iuxta portam argenteam de foris. Cuius epitaphium eſt iſtud.

QVISQVIS HVC PROPERAS CHRISTVM PRO CRIMINE POSCENS,
QVAM LACRYMIS DIGNVS SIT, ROGO, DISCE LOCVS.
HAC GELIDA PRÆSVL BENEDICTVS MEMBRA QVIETE,
TERTIVS EN CLAVDIT, QVÆ SIBI REDDAT HVMVS.
QVODQVE FORES TECTVS SERVAT SVB TEGMINE SAXI,
INDIGNVM SANXIT SE SOCIARE PIIS. B

ADNOTATIO.

De vita, atque ſanctitate huius Pontificis Benedicti Tertij pauca dixit Romanus, de cuius rebus geſtis, & temporibus Anaſtaſius, atque Platina latius ſcripſerunt, & Baronius latiſsime. Nos autem hic dicimus multa bona feciſſe in varijs Baſilicis, atque Titulis in Vrbe Roma, ſic etiam extra: de quibus nos ad præfatos Auctores referimus, & ſolum dicimus de rebus ad noſtram Baſilicam pertinentibus, de quibus Romanus nullum verbum fecit. [In Eccleſia igitur beati Petri (ait Anaſtaſius) Principis Apoſtolorum nutritoris ſui, præ nimio amore exardeſcens, ad cooperiendum billicum Confeſsionis,fecit cooperculum ex auro puriſsimo C penſ. lib. 3.

In vita Bened. III.
Tom. 10. ann. 855. 857.

Pergit etiam Anaſtaſius: [His verò ſacris beneficijs ornatus Apoſtolorum Principi, populique ianitori obtulit miræ pulchritudinis veſtem vnam, aureo textam, opere decoreque fulgentem, almificam Annuntiationis habentem hiſtoriam, & Hypopanti, qualiter ipſe Vnigenitus Dei Filius templum ingreſſus, Doctorum in medio reſidebat.]

Pergit etiam Anaſtaſius: [Multùm denique idem Præſul, ſanctarum Dei Eccleſiarum curam gerens, ſemperque pio mentis affectu, ac ſtudio in illarum reparatione gaudens, in Baſilica Regni Cœlorum Clauigeri nutritoris ſui farum cantharum argenteum ſedentem in pedibus quatuor, à Saracenis olim ablatum, D in quo ad decus ipſius Baſilicæ in diebus feſtis, atque Dominicis lucerna ſimul, & cerei ponebantur iuxta lectorium, mirifico opere fecit, ac renouauit, penſ. lib. &c.] Et multa alia bona facta ſunt à ſanctiſſimo Benedicto Papa III.

TEXTVS.

Inter portam Argenteam, & portam Romanam, videlicet in porti-

A porticali, fuit ſepultus quidam Ioannes Papa bonæ memoriæ; cuius epitaphium eſt iſtud.

QVAM SOLERS DOMINO PLACVIT, QVAM MENTE MODESTA,
PRÆSVL APOSTOLICVS, ORBIS ET OMNE DECVS.
HIC STATVIT TVMVLO CLAVDI SVA MEMBRA SVB ISTO,
HÆC EADEM SPERANS VT SIBI REDDAT HVMVS.
ARDVA QVI FVLSIT CVNCTIS PER SYDERA COELI,
AVGVSTIS CARVS GENTIBVS ET TRIBVBVS.
DOCTRINIS COMPTVS SACRIS, ET DOGMATE CLARO,
PER PATRIAS SANCTA SEMINANS FVDIT ORAS.
B NAM GRÆCOS SVPERANS EOIS PARTIBVS, VNAM
SCHISMATA PELLENDO, REDDIDIT ECCLESIAM.
PRINCIPIS HIC PETRI SED QVISQVIS TENDIS AD AVLAM
HIC SVPPLEX ISDEM REGNET VT ARCE POLI.

ADNOTATIO.

Romanus noſter hic adnotauit Ioannem XIX. qui neſciebat quomodo vocabatur; & nullam mentionem fecit de ipſius rebus geſtis, ſed tantum poſuit ipſius Ioannis epitaphium, cuius primi verſus deſiderantur. Platina verò pauca etiam dixit, quia ſecundùm eum pauco tempore vixit. Sed Baronius multa, & latius de In vita Ioann. XIX.
C temporibus illius Pontificis oſtendit: & præcipue huius Ioannis Papæ tempore coniunctam pace & communione fuiſſe Con- Tom. 10. ann. 104. vſque 109.
ſtantinopolitanam Eccleſiam cum Romana. Et quidem ex eiuſdem Pontificis epitaphio conſtat, eius concordiæ fuiſſe eundem Ioannem Auctorem; quod principio caret, & ſuperius à Romano poſitum. Et hoc ſatis de Ioanne XIX.

TEXTVS.

Nicolaus Papa Secundus. Hic requieſcit iuxta portam Iudicij, cuius epitaphium eſt iſtud.

D CONDITVR HOC ANTRO SACRÆ SVBSTANTIA CARNIS
PRÆSVLIS EGREGII NICOLAI DOGMATE SANCTO,
QVI FVLSIT CVNCTIS, MVNDVM REPLEVIT ET ORBEM,
INTACTIS NITVIT MEMBRIS, CASTOQVE PVDORE.
QVÆ DOCVIT VERBIS, AC TVQVE PEREGIT OPIMO,
SYDEREÆ PLENVS MANSIT SPLENDORE SOPHIÆ.
CÆLORVM CLARIS QVEM SERVANT REGNA TRIVMPHIS,
VT VENERET SOLIIS PROCERVM PER SECVLA NATVM.

ADNOTATIO. A

De Nicolai Papæ Secundi præclaris geſtis nihil mihi videtur Auctor Romanus dixiſſe. Baronius autem multa de hoc Pontifice, & temporibus huius Pontificatus commemoratus eſt; & præcipue de temporibus, Ciacconius, & Platina etiam optime ſcripſerunt. Nos autem ad Baronium referimus, qui latiſſime de hoc Pontifice egit.

TEXTVS.

Stephanus Papa Sextus. Hic requieſcit ante Eccleſiam, cuius epitaphium eſt iſtud.

HOC STEPHANI PAPÆ CLAVDVNTVR MEMBRA LOCELLO, B
SEXTVS DICTVS ERAT ORDINE QVIPPE PATRVM.
HIC PRIMVM REPVLIT FORMOSI SPVRCA SVPERBI,
CVLMINA QVI INVASIT SEDIS APOSTOLICÆ.
CONSILIVM INSTITVIT, PRÆSEDIT PASTOR ET IPSI
LEGE SATIS FESSIS IVRA DEDIT FAMVLIS.
CVMQVE PATER MVLTVM CERTARET DOGMATE SANCTO,
CAPTVS ET A SEDE PVLSVS IN IMA FVIT.
CARCERIS INTEREA VINCLIS CONSTRICTVS IN IMO
STRANGVLATVS NERVO EXVIT ET HOMINEM.
POST DECIMVMQVE DIEM REGNANTI TRANSTVLIT ANNVM
SERGIVS HVC PAPA FVNERA SACRA COLENS. C

ADNOTATIO.

De rebus geſtis Stephani Sexti, nihil dicit Romanus. Nos autem cum Baronio dicimus, Stephanum à Romano Sextum nuncupatum, eſſe Septimum. Platina, & Ciacconius, tam de Pontifice, quàm etiam de temporibus, optime ſcripſerunt; Baronius autem latiſſime de rebus geſtis temporibus etiam huius Stephani Papæ Septimi.

Tom. 10. ann. 897. in vita ipſius Steph.

Hic Stephanus Septimus dicendus eſſet, & non Sextus, & ſic deinceps, vt ſuperiùs tetigimus, in cæteris huius nominis Pontificibus numeri nota ſeruanda; quòd ante Stephanum illum, quem D ſecundum Platina vocat, fuerit Papa Stephanus alius, qui triduo tantum vixit, vt tradit Anaſtaſius Bibliothecarius: non enim plus, vel minus viuendi ratio aliquem verum facit eſſe Pontificem; ſed vera, & legitima comitia, quibus Stephanum illum Secundum renuntiatum fuiſſe conſtat. Ideo in Stephanis numerorum notæ mutandæ; vt qui alijs eſt Secundus, Tertius, Quartus, Quintus, & ſic deinceps, debeat eſſe III IV. V. VI. VII. &c. vſque ad Decimum. Et hoc ſatis de Stephano Papa VII.

Bar. tom. 10. ann. 891.

Honuf. in vita Stephani. pp. VII.

TEX-

A TEXTVS.

Ioannes Octauus Papa. Hic requieſcit ante Eccleſiam iuxta portam Iudicij, cuius epitaphium eſt iſtud.

PRÆSVLIS OCTAVI REQVIESCVNT MEMBRA IOANNIS,
TEGMINE SVB GELIDO MARMOREI TVMVLI.
MORIBVS VT PARET FVLSIT QVI MENTE BEATIS
ALTISONIS COMPTVS ACTIBVS, ET MERITIS.
IVDICII CVSTOS MANSIT, PIETATIS AMATOR,
DOGMATIS ET VERI PLVRIMA VERBA DOCENS.
DE SEGETE CHRISTI PEPVLIT ZIZANIA SÆPE,
B MVLTAQVE PER MVNDVM SEMINA FVDIT OVANS:
DOCTRINA PRVDENS, VERBO, LINGVAQVE PERITVS
SOLLERTEM SE SE OMNIBVS EXHIBVIT.
ET NVNC COELICOLAS CERNIT SVPER ASTRA FALANGES.

ADNOTATIO.

De huius Pontificis geſtis, & Pontificatus temporibus latiùs Baronius tractat, licet Platina pauca de hoc Pontifice adnotarit; vbi Honufrius eruditè pugnat contra mendaces Auctores, qui non ſolum ſine vlla ratione, verùm etiam falſiſſime auſi ſunt dicere, hunc Pontificem fœminam fuiſſe; qui non ſunt digni reC ſponſione. Nos autem, vt de vita & geſtis, ita etiam de temporibus, ad Baronium & Honufrium referimus.

Tom. 10. ann. 873. vſque 882.

In andnot. in Platina in Ioann. VIII. Baron. tom. vt ſupra 882.

TEXTVS.

Ioannes Nonus Papa. Hic requieſcit ante Eccleſiam prope portam Guidaneam. Cuius Epitaphium eſt hoc.

ECCLESIÆ SPECIMEM, CLARISSIMA GEMMA BONORVM,
ET MVNDI DOMINVS HIC IACET EXIMIVS.
IOANNES, MERITIS QVI FVLSIT IN ORDINE NONVS,
INTER APOSTOLICOS QVEM VEXIT ALTITONANS.
CONCILIIS DOCVIT TERNIS, QVID DOGMA SALVTIS
D OBSERVARE DEO MVNERA SACRA FERENS.
TEMPORIBVS CVIVS NOVITAS ABOLITA MALI EST,
ET FIRMATA FIDES, QVAM STATVERE PATRES.
QVI MORITVRVS ERIS LECTOR, DIC: PAPA IOANNES
CVM SANCTIS CAPIAT REGNA BEATA DEI.

ADNOTATIO.

De Papæ Ioannis Noni temporibus multa ſunt dicenda, de

quibus Baronius optime tractauit: Vixit in Pontificatu annos tres, & dies quindecim: ſepultus apud S. Petrum. A

In vita Ioannis IX. Honufrius in annot. apud Platina.

De rebus geſtis huius Pontificis Platina ſcripſit, & Ciacconius etiam non obſcure. Honufrius autem in ſua adnotatione vult fuiſſe Octauum Ioannem, & non Nonum; vbi oſtendit nonnullas rationes. Nos vero ſequimur Baronium, cui veritatem huius hiſtoriæ adſcribimus, quia maxima cum diligentia de eo pertractauit. Et hæc ſufficiant de Ioanne Papa Nono.

TEXTVS.

Ioannes Decimus Papa. Hic requieſcit ante Eccleſiam iuxta Ioannem Octauum.

B

PRÆSVLIS EXIMII REQVIESCVNT MEMBRA IOANNIS,
QVI PETRVS ANTEA EXTITERAT, QVIPPE
SEDEM PAPIÆ BLANDO MODERAMINE REXIT.
IMPERATORI OCTONI DVLCIS FVIT, ATQVE PRÆCLARVS
COMMISSVM POPVLVM ROMANVM IN OMNIBVS INSTRVENS
DVLCIS IN ELOQVIO CVNCTIS PRÆCLARVS AMICIS
SVBIECTIS PLACIDVS, PAVPERIBVS PIVS.

Defunctus eſt menſe Auguſti die xx.

ADNOTATIO.

Leo Oſtienſ. lib. 1. cap. 75. tom. 10. ann. 912. vſq. 917.

Romanus de geſtis huius Pontificis Ioannis Decimi, qui vixit circiter annos decem & quatuor, Auctore Froduardo à Baronio adducto, ſed non approbato, nihil loquutus eſt: ſed ſolum illius epitaphium refert. De temporibus illius Pontificatus Baronius latiſſime, ſummaque cum diligentia hanc hiſtoriam examinauit, ſic etiam de rebus geſtis huius Pontificis; Platina vero pauca loquutus eſt, propter maximam temporum iniuriam. C

TEXTVS.

Benedictus Papa Quartus: cuius epitaphium eſt iſtud.

MEMBRA BENEDICTI HIC QVARTI SACRATA QVIESCVNT,
PONTIFICIS MAGNI, PRÆSVLIS EXIMII.
QVI MERITO DIGNVS BENEDICTVS NOMINE DICTVS, D
CVM FVERIT LARGVS OMNIBVS ATQVE BONVS.
HIC GENERIS DECVS, AC PIETATIS SPLENDOR OPIMVS,
ORNAT OPVS CVNCTVM IVSSA DEI MEDITANS.
PRÆTVLIT HIC GENERALE BONVM LVCRO SPECIALI,
MERCATVS COELVM CVNCTA SVA TRIBVIT.
DESPECTAS VIDVAS NECNON INOPESQVE PVPILLOS,
VT NATOS PROPRIOS ASSIDVE REFOVENS.

IN

A INSPECTOR TVMVLI COMPVNCTO DICITO CORDE:
CVM CHRISTO REGNES O BENEDICTE DEO.

ADNOTATIO.

De huius Pontificis Benedicti geſtis pauca Auctor noſter loquutus eſt; & non ſine ratione, quia breui tempore vixit: ſic etiam propter inopiam ſcriptorum illius temporis omnia obſcura remanſerunt; qua de cauſa Baronius de illius temporibus, pauca annotauit; ſed melius, & copioſius alijs, qui de vitis Pontificum Romanorum ſcripſerunt. Tom. 10. ann. 905. 906. 907

TEXTVS.

B Chriſtophorus Papa. Hic requieſcit in Eccleſia beati Petri, de quo habetur hoc epitaphium.

HOC PIA CHRISTOFORI QVIESCVNT MEMBRA SEPVLCHRO,

ADNOTATIO.

De Chriſtoforo Papa I. non ſine ratione Romanus pauca, vel potius nihil loquutus eſt; quia per violentiam pauco tempore ſedit in Cathedra S. Petri; imo vinculis ſtrictus, in carcere truditur, atque vitam monaſticam amplecti cogitur: vbi & mortuus eſt, & ſepultus in hac Baſilica ſancti Petri; cuius ſepulchro vnicum verſum continens appoſita fuit inſcriptio, quæ ab Auctore Vid. Bar. tom. 10. ann. 908. infeliciſſ. temporibus.
C ſuperiùs aſcripta fuit. Et hæc ſatis de Chriſtophoro Papa.

TEXTVS.

Anaſtaſius Papa Tertius, cuius epitaphium eſt iſtud.

VATIS ANASTASII REQVIESCVNT MEMBRA SEPVLCHRO,
SED NVNQVAM MERITVM PARVVLA CLAVDIT HVMVS.
REXIT APOSTOLICAM BLANDO MODERAMINE SEDEM,
TERTIVS EXISTENS ORDINE PONTIFICVM.
AD CHRISTVM PERGENS PECCATI VINCVLA SPERAT
OMNIA CLEMENTER SOLVERE POSSE SIBI.
VNDIQVE CVRRENTES HVIVS AD LIMINA TEMPLI,
D VT PRÆSTET REQVIEM POSCITE CORDE DEVM.

ADNOTATIO.

Romanus huius BaſilicæCanonicus Auctor, de Anaſtaſio Papa Tertio nullam fecit mentionem, niſi tantum ſepulchrale epitaphium adiunxit. Platina autem de huius Pontificatus tempotibus aliquid adnotauit; ſed de ipſomet Pontifice nihil aliud dixit niſi his verbis. [Anaſtaſius autem, à quo nil memoria dignum geſtum eſt, ſecundo anno Pontificatus ſui moritur, & in Baſilica ſancti Petri ſepelitur.] Baronius autem & de rebus geſtis huius

Anaſtaſij, atque temporibus optimè, & latè loquutus eſt. Et nos A
Tom. 10. ann. 910. 911. 912. tantum dicimus, quod miraculum exiſtimamus, ob penuriã ſcriptorum, vel temporum iniuriam, Baronium non pauca inueniſſe. Et hoc ſatis de Anaſtaſio Papa III.

TEXTVS.

Gregorius Papa Quintus. Hic requieſcit in Eccleſia beati Petri ante Secretarium, iuxta Pelagium Papam; cuius epitaphium eſt iſtud.

HIC QVEM TEGIT HVMVS, OCVLIS VVLTVQVE DECORVS,
PAPA FVIT QVINTVS NOMINE GREGORIVS.
ANTE TAMEN BRVNO FRANCORVM REGIA PROLES, B
FILIVS OCTONIS DE GENITRICE IVDITH.
LINGVA TEVTONICVS VVANGIA DOCTVS IN VRBE,
SED IVVENIS CATHEDRAM SEDIT APOSTOLICAM
AD BINOS ANNOS, ET MENSES CIRCITER OCTO
TER SENOS FEBRVO CONNVMERANTE DIES.
PAVPERIBVS DIVES PER SINGVLA SABBATA VESTES
DIVISIT NVMERO CAVTVS APOSTOLICO.
VSVS FRANCISCA VVLGARI, ET VOCE LATINA
INSTITVIT POPVLOS, ELOQVIO TRIPLICI.
TERTIVS OCTO SIBI PETRI COMMISIT OVILE C
COGNATIS MANIBVS VNCTVS IN IMPERIVM.
EXVIT ET POSTQVAM TERRENÆ VINCVLA CARNIS,
EQVIVOCE DESTRO SVBSTITVIT LATERI.

Deceſſit duodecimo Kalendas Martij.

ADNOTATIO.

Hic Pontifex Gregorius Quintus vixit in Pontificatu annos duos, menſes octo, dies quatuor: qui ſepultus eſt in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis duodecimo Kal. Martij, vt apparet ex eius epitaphio, quod extabat in veteri Eccleſia, & à Romano adnotatum, qui nihil aliud dixit de Gregorio Papa Quinto, niſi ſupradictum epitaphium. De huius Pontificis geſtis à Platina non pauca dicta ſunt: Vbi loquitur de Imperatorum lectoribus; & Honufrius ibi annotauit his verbis: [Quæ hic, Platina, de lectoribus tradit, ſatis à me examinata ſunt in libro, quem de Comitijs Imperatorijs ſcripſi. Nam quæ ſub Gregorio X. inſtituta ſunt, Quinto aſcribunt.] Et à Ciacconio eadem hiſtoria fuit annotata paucis verbis. D

Baro-

A Baronius autem latiſſime de his temporibus ſcripſit, non pauca cum eruditione, tam omnia quæ acta fuerunt illis temporibus, quàm etiam pertinentia ad Pontificis geſta. Et hæc ſufficiant de Gregorio Quinto. Tom. 10. ann. 991. vſque 998

Vbi requieſcit Venerabilis Beda Presbyter.

REquieſcit etiam ante portam Argenteam ſub rota, ſcilicet porfiretica, vt à noſtris maioribus accepimus, Venerabilis Beda Presbyter, qui fecit homilias; & eius ob reuerentiam antiqui noſtri penitus non tranſiebant per eam, nec nos tranſire per-
B mittebant.

ADNOTATIO.

Romanus Presbyter Auctor noſter in hac ſua huius Baſilicæ ſancti Petri deſcriptione meritò adnotauit ſepulturam Venerabilis Bedæ in hac Baſilica poſitam: ſed nihil dixit de eius ſanctitate, doctrina, pietate, atque religione, maximoque zelo Eccleſiæ Dei: at Baronius optime de viro ſanctiſſimo, atque doctiſſimo pertractauit. Nos autem hic ponimus nonnulla ipſius ſcripta, à Baronio adnotata, ex quibus propria vita intelligitur.

[Decimonono autem vitæ meæ anno Diaconatum, trigeſimo Baron. tom. 9. ann. 731.
C gradum Presbyteratus, vtrumq; per miniſterium Epiſcopi Ioannis, iubente Ceolfrido Abbate, ſuſcepi. Ex quo tempore accepti Presbyteratus, vſque ad annum ætatis meæ quinquageſimum nonum, hæc in Scripturam Sanctam, meæ meorumque neceſſitati ex opuſculis venerabilium Patrum breuiter annotare, ſiue etiam ad formam ſenſus, & interpretationis eorum ſuperadijcere curaui. Deeſt apud Bedam Catalogus ſcriptorum eius, qui ponitur ad finem Epitomes, ante antiquum Auctorem anonymum, qui poſt eum res Anglorum eſt proſecutus; ſicque ſe habet.

In principium Geneſis vſque ad natiuitatem Iſaac, & electio-
D nem Iſraëlis, & Iſmaëlis reprobationem, libros tres.

De Tabernaculo, & vaſis eius, ac veſtibus Sacerdotum, libros tres. Bedæ ſcripta diuerſa

Item in primam partem Samuelis, id eſt, vſque ad mortem Saul, libros quatuor.

De ædificatione Templi allegoricæ expoſitiones, ſicut & cætera, libros duos.

Item in Regum, librum triginta quæſtionum.

In Prouerbia Salomonis libros tres.

In Cantica Canticorum libros ſex. A

In Iſaiam, Danielem, duodecim Prophetas, & partem Hieremiæ, diſtinctiones capitulorum, ex tractatu beati Hieronymi excerptas.

In Eſdram, & Nehemiam, libros tres.

In canticum Abacuch, librum vnum.

In capitula lectionum in Pentateuchum Moiſi, Ioſue, Iudicum.

In libros Regum, & verba dierum.

In librum beati Patris Iob.

In Parabolas, Eccleſiaſten, & Canticum Canticorum.

In Iſaiam Prophetam. B

In Eſdram quoque, & Nehemiam.

In Euangelium Marci, libros quatuor.

In Euangelium Lucæ, libros ſex.

Homiliarum Euangelij libros duos.

In Apoſtolum quæcumque in opuſculis S. Auguſtini expoſita inueni, cuncta per ordinem tranſcribere curaui.

In actus Apoſtolorum, libros duos.

In Epiſtolas ſeptem Canonicas, libros ſingulos.

In Apocalypſim S. Ioannis, libros tres.

In Capitula Lectionum in totum nouum teſtamentum, excepto Euangelio. C

Apud Bedam in præfat. ad lib. de nat. temp. tom. 2.

Item librum Epiſtolarũ ad diuerſos, videlicet. De ſex ætatibus ſæculi, vna eſt. De Manſionibus filiorum Iſraël, vna. De eo quod ait Iſaias; Et claudentur ibi carcere, & poſt dies multos viſitabuntur, vna; De ratione biſſexti, vna. De Æquinoctio iuxta Anatolium vna.

Item de Hiſtorijs Sanctorum, librum vitæ paſſionis S. Felicis Confeſſoris, & de metrico Paulini opere in proſam tranſtuli. Librum vitæ, & paſſionis ſancti Anaſtaſij, male de Græco translatum, & peius à quodam imperito emendatum, pro vt ad ſenſum, correxi.

Vitam ſancti Patris Monachi, & Antiſtitis Cudberti, & prius heroico metro, & poſtmodum plano ſermone deſcripſi. D

Hiſtoriam Abbatum Monaſterij huius, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti, Ceolfridi, & Vuerthberti, in libellis duobus.

Hiſtoriam quoque Eccleſiaſticam gentis noſtræ, in quinque libros.

Martyrologium de Natalitijs SS. Martyrum diebus, in quo omnes, quos inuenire potui, non ſolum qua die, verum etiam

quo

A quo genere certaminis, vel ſub quo Iudice mundum vicerint, diligenter adnotare ſtudui.

Librum Hymnorum diuerſo metro, ſiue rhythmo.

Librum Epigrammatum heroico metro, ſiue elegiaco.

De natura rerum, & de temporibus, libros ſingulos.

Item de temporibus librum vnum maiorem.

Librum etiam de Orthographia, Alſabeti ordine diſtinctum.

Item librum de Arte metrica, & huic adiunctum alium.

De ſchematibus, & tropis libellum; hoc eſt, de figuris, modiſque loquutionum, quibus Scriptura ſancta contexta eſt. Hactenus Indiculus lucubrationum Bedæ.] Et quæ ſequuntur
B apud Baronium, qui adiunxit epitaphium eiuſdem Bedæ, his verſibus. Tom. 9. ann' 731. Bedæ ſepul. Epitaf.

PRESBYTER HIC BEDA REQVIESCIT, CARNE SEPVLTVS.
DONA CHRISTE ANIMAM IN COELIS GAVDERE PER EVM,
DAQVE ILLVM SOPHIÆ DEBRIARI FONTE, CVI IAM
SVSPIRAVIT OVANS INTENTO SEMPER AMORE.

Et hoc ſatis de Beda Presbytero.

De Oratorio Veronicæ. XXV.

C AB alia parte Baſilicæ beati Petri eſt, vt ſupra diximus, Oratorium ſanctæ Dei Genitricis Virginis MARIÆ, quod vocatur Veronica; vbi ſine dubio eſt Sudarium CHRISTI, in quo ante paſſionem, ſuam ſanctiſſimam faciem, vt à noſtris maioribus accepimus, exterſit, quando ſudor eius factus eſt ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.

ADNOTATIO.

De hoc Altare Honufrius his verbis annotauit: [Prope finem Baſilicæ verſus portam ſanctam eſt Oratorium, & Altare ſancti Sudarij, inſigni excultoque opere muſiuo beatæ Virginis, à Ioan- De 7. vrbis Eccleſiæ cap. 1. pag. 44. Bar. tom. 8. ann. 767
D ne Septimo Papa dedicatum: ſupra quod in marmoreo operculo eſt ſanctiſſimum Chriſti Sudarium, quod vocatur Veronicæ, quo pientiſſima mulier ante paſſionem Chriſti, faciem extergens eius in ſudariolo faciem impreſſam ſuſcepit. Quod hoc loco conſeruatum, cùm tempus poſtulat, populis confluentibus à Canonicis oſtenditur. Id vnum eſt ex ſeptem Altaribus.] Et nos dum Eccleſia Diui Petri vetus permanebat, Clementis Papæ Octaui tempeſtate, de hoc Oratorio, vel Altare Veronicæ accepimus his verbis: [Ibi in antiqua tabella, quæ publice exiſtebat in hoc

Ciborio, duæ inſignes reliquiæ continentur; Sudarium, videlicet Imagine ſacroſanctæ faciei Chriſti inſignitum, quod Beronicæ, ſeu Veronicæ dicitur: quoniam, vt veneranda antiqua, & religioſa traditio habet, illud ab eadem Veronica, dum Chriſtus Dominus ad Caluarium ab impijs miniſtris trahebatur, ſanguine, & ſudore aſperſo admodum, huiuſmodi Dominici vultus effigiem in ſe retinuit. Quod olim in hanc Baſilicam translatum à ſummis Pontificibus, & Canonicis eiuſdem in cuſtodiam traditum eſt, vt ab eiſdemmet tantùm Populo, præcipuis quibuſdam anni feſtiuitatibus, religioſo ritu maxima cum veneratione publice oſtenderetur.] A

Altera reliquia, quæ in eodem Ciborio, deuotiſſime retinetur, eſt ferrum haſtæ, quo à milite latus Domini percuſſum fuit, à Baiazethe Turcarum Tyranno ad Innocentium Octauum ſummum Pontificem pro magno munere miſſum; quò gratiorem eum redderet erga fratrem ſuum, quem Romæ captiuum detinebat. Hoc ferrum olim, apud Eccleſiam ſancti Andreæ Antiochiæ repertum, capta Ciuitate Bohemundus accipiens, cùm arcem expugnare non poſſet; [Prælata lancea illa, (vt verbis Platinæ vtar) tanquam vexillo opimo, qua Chriſti latus transfixum à Longino fuit, hoſtes primò acriter reſiſtentes ſuperat & cædit, quorum de numero ad centum millia perijſſe conſtat, &c. Præfectus autem arcis, cognita ſuorum calamitate, & arcem Boëmundi tradidit, & Chriſti fidem ſuſcepit.] Pergit Panuinius: [Id Conſtantinopolim dono Imperatori miſſum. Poſtremò anno 1491. ab eodem Innocentio in hac Baſilica religioſiſſime collocatum: Et arcano quidem Dei iudicio, contigit vt eodem anno, quo hæc præclariſſima reliquia ad Vrbem eſt adducta, in Eccleſia ſanctæ Crucis in Hieruſalē dum tectum repararetur, titulum Crucis Chriſti in medio Templi Patientiæ triplici lingua exaratū inueniretur. Hoc ferrum lanceæ ad hanc Baſilicam delatum fuit in die Aſcenſionis Domini de mane, eodem ſummo Pontifice cum vniuerſo Clero, Senatu Populoque Romano, honoris cauſa extra portam Flaminiam obuiam eunte. Quod eidem à Iuliano ſancti Petri ad Vincula Card. vſque ad Narniam miſſo flexis genibus porrectum fuit; & maximo aliunde hominum concurſu, & frequentia in Ciborio, ſeu ſacello repoſitum eſt.] B C D

XXVI. De Oratorio S. Antonini Martyris.

IVxta hoc Oratorium Beatæ Mariæ, videlicet, iuxta portam Guidaneam, eſt Oratorium ſancti Antonini Martyris: deinde

inter

A inrer portam Guidaneam, & portam Romanam, eſt Altare ſancti Tridentij Martyris.

ADNOTATIO.

De hoc Altare Honufrius ſua tempeſtate annotauit, fuiſſe Diuo Antonino Martyri dicatum; poſtea beatę Brigidæ, deinde ſancto Eraſmo. Cuius verba hæc ſunt: [In inferius Baſilicæ latus, quod portas continet, quatuor alia fuerunt Altaria antiqua: primum inter Sudarij Oratorium, & portam Guidoneam, quod Diuo Antonino Martyri olim dicatum fuerat; cuius nomine exoleſcente, ante centum annos beatæ Brigidæ honori colebatur; nunc ſancti Eraſmi dicitur.] Et in antiquo veſtigio huius Baſilicæ legimus de hoc Altare hæc verba: [Olim Altare ſancti Antonini Martyris, ab Odone Lotta de Amateſchis, nunc lapis, ſupra quem fuerūt diuiſa oſſa ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli à beato Silueſtro Papa.] Et ſatis de hoc Altare, quod nos quoque conſpeximus in hac forma, de qua ſuperiùs dictum eſt. De 7. vrbis Eccl. pag. 45

B

De Oratorio Apoſtolorum Philippi, & Iacobi. XXVII.

C IN atrio verò Eccleſiæ ad Crucem, eſt venerabile Altare Apoſtolorum Philippi, & Iacobi; ad cuius ornatum fuit ibi poſita magna crux aurea.

ADNOTATIO.

Honufrius de hoc Altare nihil aliud adnotauit ſua tempeſtate niſi his verbis: [Inter portam Romanam, & Argenteam, fuit Altare ſanctorum Apoſtolorum Philippi & Iacobi, poſtea ſancti Spiritus, nunc ſanctæ Annæ dictum, Societatis Parafrenariorum S. R. E. Cardinalium; quod e regione correſpondet Altari ſanctorum Simonis & Iudæ, ad quod eſt acceſſus per portam Rauennianam, quod nunc Mortuorum vocatur. Hæc duo ſunt ex D ſeptem Altaribus.] De 7. vrbis Eccl. pag. 45.

Hic adnotandum eſt, Altare ſanctorum Apoſtolorum Simonis & Iudæ, à Xiſto Quarto tranſlatum fuiſſe in mediam Eccleſiam; de quo ſuperius ſatis dictum eſt.

De Altare S. Abundij. XXVIII

ANte hoc Oratorium, ſcilicet iuxta aditum, qui vadit in Eccleſiam ſancti Vincentij, eſt Altare ſancti Abundij huius ſan-

ctiſſimæ Baſilicæ quondam Manſionarij, de quo narrat beatus Gregorius. A

ADNOTATIO.

De 7. Vrb. Eccleſiæ pag. 45. in fine

De hoc Altare nihil dici poteſt, niſi quod Honufrius diligentiſſimus auctor adnotauit, his verbis: [Poſt Altare ſanctorum Philippi, & Iacobi iuxta portam clauſam, qua iter erat in Templum ſancti Vincentij, fuit antiquiſſimum Altare ſancti Abundij Manſionarij eiuſdem Baſilicæ; de quo beatus Gregorius in libris Dialogorum mentionem facit. Poſterioribus temporibus Bonifacius Octauus Papa Altare nouum ibidem dedicauit ſancti Bonifacij Quarti honori; eius corpore ibidem collocato, ſibi quoque ſepulchrum elegit inter Rauennianam, & Iudicij portas: dicitur nunc Altare ſanctæ Catharinæ, & eſt vnum ex ſeptem.] Hæc Honufrius. Platina verò loquens de ipſo Bonifacio Papa Octauo talia fatur: [Romæ quinto & trigeſimo die poſt, dolore animi confectus perijt, Pontificatus ſui anno octauo, menſe nono, die decimoſeptimo, ſepeliturque in Baſilica Petri, ſepulchro à ſe antea extructo, quod quidem adhuc extat in ſacello à ſe condito opere vermiculato. Idem quoque ſuggeſtum condidit cum porticu &c.]Nos autem vidimus hoc Altare ante quàm à Paulo V. reliquum Baſilicæ Diui Petri demoliretur, cum ſacra Imagine Virginis, & ſacroſancti Saluatoris noſtri. Ibi etiam erat depictus Diuus Petrus Apoſtolorum Princeps, & Doctor Gentium Paulus Apoſtolus, cum imagine etiam Bonifacij Octaui, opere muſiuo; vbi etiam ex muſiuo hæc verba legebantur:

B

Plat. in vita. Bonifacij VIII.

C

BONIFACIVS PAPA OCTAVVS, VBI FVIT SEPVLTVS.

Nomencl. pag. 44.

Hic Pontifex fuit vir doctus, ſicut annotauit Nomenclator S. R. E. Cardd. vbi legitur: [Bonifacius Papa VIII. ſcripſit de Chriſtianæ Fidei, & Romanorum Pontificum perſecutionibus. De regulis Iuris. De Indulgentijs anni Iubilæi. Epiſtolas plures, quarum duæ extant apud Matthæum Vueſtmonaſterienſem. Orationem, Aue Virgo glorioſa. Sextum item Decretalium lib. Doctorum aliquot opitulatione peractum, publicauit. Res geſtæ eius voluminibus quatuor in Bibliotheca Vaticana ſeruantur. Obijt anno 1303. Iacetque in Baſilica Vaticana.] Hæc Nomenclator. D

Ibi etiam fuit ſepultum corpus Benedicti Caietani Anagnini Nepotis Bonifacij Papæ Octaui Diaconi Cardinalis ſanctorum Coſmæ, & Damiani, qui obijt Romæ idibus Decembris anno Domini 1296. Corpus in Baſilica ſancti Petri ſepultum eſt.

Nos etiam temporibus demolitionis Baſilicæ veteris, de qua loquimur, non ſolum vidimus dictum corpus Pontificis Bonifacij

A cij Octaui intactum, veſtitum, & ornatum veſtibus Pontificijs, ſed tetigimus noſtris proprijs manibus.

De Oratorio S. Ambroſij. XXIX.

POſtea per directum eſt Oratorium ſancti Ambroſij Confeſſoris.

ADNOTATIO.

Hoc Altare antiquitus fuit Oratorium ſancti Ambroſij, vt aſſerit Honufrius: [A ſiniſtro (inquit) Baſilicæ latere fecit Oratorium De 7. vrbis Eccleſiæ pag. 44.
B cum ara ſancti Ambroſij Epiſcopi, & Doctoris, quod diu ante Baſilicæ ruinā ſui nomen, & venerationē amiſerat. Nunc eius loco ex ruinis veteris Templi translata extant duo Altaria beatæ Virginis Innocentij VIII. prope eius æneum ſepulchrum, cum ciborio, cui ipſe Lanceæ ferrum impoſuerat (id eſt vnum ex ſeptem) & ſanctiſſimi Crucifixi inter ſepulchra Pauli Secundi, & Nicolai V.] Et idem Honufrius de ſepulchro apud Altare olim ſancti Ambroſij Innocentij Octaui ita adnotauit. [Famaque iam mortis eius (nempe Innocentij VIII) quoquo verſus perlata, Cardinales de ordinandis circa ſucceſſorem omnibus conuenerant; quum ſubito magna omnium admiratione viuus apparuit. Exceſſit biennio
C poſt ex eodem fere morbo Romæ in Vaticano octauo Kal Auguſti hora noctis quinta, anno ſalutis 1492. ætatis 60. Pontificatus verò ſeptimo, menſe decimo, die xxvij. Cadauer in Baſilica S. Petri ſepultum æneo monumento, iuxta aram ab eo deſignatam, in qua ferrum haſtæ, de qua paulò ante dixi, condi iuſſerat.]

Innocentius Papa VIII. fuit ædificandi ſtudioſus, teſte eodem Honufrio Panuino, his verbis: [Innocentius autem ædificandi ſtudioſus, inſignes in Palatio Vaticano porticus, item villam Pontificum vſui, quam Beluedere vocant, extruxit. Fontes media ſancti Petri platea fecit, &c.] Et Ciacconius loquens de ſepultura, Ciac. in vita Innocentij. VIII.
& loco, vbi Innocentius ſepultus eſt, ita ait: [Corpus autem in
D Baſilica ſancti Petri ſepultum æreo monumento, quod extrui iuſſit eius nepos Laurentius Cibo Cardinalis Beneuentanus, iuxta arā ab eo deſignatam, in qua ferrum haſtæ, quo Chriſti latus apertum fuit, condi iuſſerat.] Et hæc de Altare, vel loco Altaris ſancti Ambroſij, & ſepultura ipſius Pontificis Innocentij VIII.

XXX Vbi requieſcit Beatus Matthias. A

DEinde iuxta arcum triumphalem, eſt Altare ſancti Paſtoris. In quo ſiquidem arcu audiuimus requieſcere beati Matthię Apoſtoli corpus. Poſt hoc eſt Altare S. Bartholomæi Apoſtoli.

ADNOTATIO.

De Altare ſancti Paſtoris habemus, fuiſſe extructum ab Vrſo de Vrſinis Cardinali: & hæc traditio mihi probatur, non ſine ratione; quia erat vir probus, & optimus Cardinalis, pius, & religioſus &c.

XXXI. De Altare SS. Petri, & Pauli. B

ANte aditum, qui vadit in Confeſſionem beati Petri, eſt Altare Apoſtolorum Petri & Pauli; vbi eorum oſſa precioſa, vt dicitur, ponderata fuere.

ADNOTATIO.

De r. vrb. Eccleſiæ pag. 42. in fine.

De hoc Apoſtolorum Altare Honufrius ita ſcribit: [A ſiniſtra parte eiuſdem Crucis tranſuerſæ, haud procul ab Altari Maiori, fuit Altare decimum ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod in molitione veteris Eccleſiæ translatum fuit inter portam Romanam, & peryſtilium nauis maioris; cui affixa eſt tabula marmorea, ſuper quam corpora Apoſtolorum à ſancto Silueſtro Papa fuerunt diuiſa, vt ex inſcriptione liquet. Hoc porrò Altare antequam ſuo loco moueretur, e regione reſpiciebat.] C

In quo loco, vbi fuit Altare Apoſtolorum Petri, & Pauli, poſt demolitionem huius Baſilicæ translatum, videlicet inter portam Romanam, & peryſtilium nauis maioris, fuit Altare ſancti Antonij Eremitæ, & Confeſſoris; de quo Honufrius nullam mentionem facit. Pro veritate autem huius hiſtoriæ, legimus conſecrationem prædicti Altaris, & dedicationem, his verbis: [HOC OPVS, ET ALTARE ERIGI, AC CONSECRARI FECIT VENERABILIS VIR DOMNVS NICOLAVS DE ASTALLI CANONICVS HVIVS BASILICÆ, SVB VOCABVLO SANCTI ANTONII EREMITÆ ET CONFESSORIS, PER MANVS VENERABILIS PATRIS DOMNI RAYMVNDI EPISCOPI REATINEN. AC DOMINI PAPÆ IN VRBE VICARII; CONCESSA INDVLGENTIA VNIVS ANNI PER EVM. ANNO DOMINI M.CCC.XXXXIV. MENSIS MARTII DIE XXIII. D

A

De Oratorio S. Luciæ. XXXII.

POſtea vero ante Eccleſiam ſancti Ioannis ad fontes eſt Oratorium ſanctæ Luciæ; quod vt à noſtris accepimus, conſecrauit beatus Gregorius Papa, & eius venerabile brachium in eo recondidit, & parietes illius, vt apparet, muſiuo depinxit.

ADNOTATIO.

De huius ſanctiſſimæ Virginis Luciæ Oratorio in Baſilica ſancti Petri in Vaticano conſecrato, & dedicato, vt ait Romanus Auctor, nihil inuenimus apud Anaſtaſium Bibliothecarium, qui
B multa de ſanctiſſimo Pontifice Gregorio Magno ſcripſit, & præcipue de donis ex auro atque argento factis huic Baſilicæ Diui Petri. Inuenimus autem in veſtigio antiquo huius Baſilicæ hæc verba: ALTARE S. LVCIÆ VIRGINIS A GEGORIO PRIMO: nil aliud legitur. Honufrius autem nonnulla oſtendit de Virginis Luciæ Altare aut ædicula his verbis: [In pariete nouo à Paulo III. Papa facto inter Baſilicam veterem & nouam, ſunt quatuor Altaria, duo ex parte dextra, ſcilicet beatæ Virginis, & ſanctiſſimi Crucifixi, quod eſt vnum ex ſeptem; totidem læua, beatæ Mariæ, & S. Luciæ Virginis, cuius ædiculam antiquiſſimam ea parte aliquando fuiſſe conſtat.] Nos verò cum Romano ſubſcribimus
C hanc hiſtoriam, & non ſine ratione, quoniam Romanus vixit tempore Eugenij Tertij, & ſic ante Honufrium annos quadringentos & vltra, & meliùs, & veraciùs vidit veritatem huius hiſtoriæ: & non ſine aliqua ratione ipſe Honufrius ſuperiùs dixit, de ædicula antiquiſſima ſanctæ Luciæ.

Honuf. de 7. Eccl. pag. 46.

De Oratorio S. Crucis. XXXIII.

AB alia parte eſt Eccleſia ſanctæ Crucis, quam conſtrui fecit beatæ recordationis Symachus Papa, cuius abſidam columnis porfireticis, & optimo muſiuo decorauit, & decem li-
D bras ligni ſanctæ Crucis in ea recondidit.

ADNOTATIO.

De hoc Oratorio Anaſtaſius Bibliothecarius approbat quod Romanus ſuperiùs demonſtrauit, imò melius, apud ipſum Anaſtaſium intelligimus hanc hiſtoriam; cuius hæc ſunt verba: [Item ad fontem in Baſilica beati Petri Apoſtoli fecit Oratorium ſanctæ Crucis ex argento, confeſſionem, & Crucem ex auro cum gemmis, vbi incluſit Lignum Dominicum, ipſa Crux

aurea

aurea penſ. lib. decem.] Et Baronius de Baſilica S. Petri Apoſtoli in Vaticauo loquens, ita ait: [Item illud in vitis Romanorum Pontificum: Symmachus Papa fecit Oratorium S. Crucis parte virorum &c.] A

XXXIV De Eccleſia S. Ioannis ad Fontes.

POſtea ſunt fontes, quos fieri fecit beatus Damaſus Papa, ſicut in ſcriptis inuenimus.

ADNOTATIO.

Oratorium, ſiue Eccleſia ſancti Ioannis ad Fontes, de quo Romanus loquutus eſt, fuit extructum à Damaſo Papa Primo, vbi fecit fontes, vt ipſe ait. Nos verò apud Anaſtaſium nihil inuenimus de hac hiſtoria: legimus autem Symmachū Papam à fundamentis duo Oratoria extruxiſſe, ſub titulo beati Ioannis Baptiſtæ, & Euangeliſtæ, teſtante eodem Anaſtaſio his verbis: [Fecit autem Oratoria duo S. Ioannis Baptiſtæ, & Euangeliſtæ, in quorum confeſſionem arcus argenteos, & cubicula poſuit penſ. lib. triginta: quæ cubicula omnia à fundamentis perfecta conſtruxit.] Hæc Anaſtaſius. Baronius autem optime hanc hiſtoriam adnotauit, id eſt de beneficijs, atque donis huic Baſilicæ Diui Petri in Vaticano factis. Vbi pauca verba ipſe fecit, ſolum oſtendit verſus Damaſi, ex quibus luce clarius, & latius intelligimus, quod ſuperiùs Romanus, & nonnulli alij dixerunt. Hæc ſunt verba Baronij: [Quid autem operis in Baſilica Vaticana idem Damaſus egerit, ſic ſequens epigramma declarat; quod affixum olim in pariete eiuſdem Baſilicæ, in codice peruetuſto excriptum extat inter vetera eiuſdem Eccleſiæ monumenta. B C

Anaſt. in vita Symmachi.

Tom. 4. ann. 384.

CINGEBANT LACVS MONTEM, TENEROQVE MEATV
CORPORA MVLTORVM CINERES ATQVE OSSA RIGABANT:
NON TVLIT HOC DAMASVS, COMMVNI LEGE SEPVLTOS
POST REQVIEM TRISTES ITERVM PERSOLVERE POENAS. D
PROTINVS EGRESSVS MAGNVM SVPERARE LABOREM
AGGERIS IMMENSI DEIECIT CVLMINA MONTIS,
INTIMA SOLLICITÆ PERSCRVTANS VISCERA TERRÆ,
SICCAVIT TOTVM QVICQVID MADEFECERAT HVMOR;
INVENIT FONTEM, PRÆBET QVI DONA SALVTIS.
HÆC CVRAVIT MERCVRIVS LEVITA FIDELIS.

Porro de eodem fonte Baptiſmali Prudentius in Periſtephano

cum

A cum agit de paſſione Petri & Pauli, deque Baſilica Vaticana, hæc habet.

DEXTRA PETRVM REGIO TECTIS TENET AVREIS RECEPTVM
CANENS OLIVA, ET MVRMVRANS FLVENTO.
NAMQVE SVPERCILIO SAXI LIQVOR ORTVS EXCITAVIT
FONTEM PERENNEM CHRISMATIS FERACEM.
NVNC PRECIOSA RVIT PER MARMORA, LVBRICATQVE CLIVVM
DONEC VIRENTI FLVCTVET COLYMBO.
INTERIOR TVMVLI PARS EST; VBI LAPSIBVS SONORIS
STAGNVM NIVALI VOLVITVR PROFVNDO.
B OMNICOLOR VITREAS PICTVRA SVPERNE TINGIT VNDAS;
MVSCI RELVCENT, ET VIRESCIT AVRVM.
CYANEVSQVE LATEX VMBRAM TRAHIT IMMINENTIS OSTRI,
CREDAS MOVERI FLVCTIBVS LACVNAR.
PASTOR OVES ADIT, IPSE ILLIC GELIDI RIGORE FONTIS
VIDET SITIRE QVAS FLVENTA CHRISTI.

Hæc Prudentius, alludens ad ampliſſimum fontem baptiſmatis, qui nuper à Damaſo conſtructus erat. Nos autem Deo fauente infra ſuo loco.

C De excellentia huius Baſilicæ. XXXV.

QVantam reuerentiam huic ſanctiſſimæ beati Petri Apoſtolorum Principis Baſilicæ totus orbis exhibeat, in vita Vigilij Papæ aperte cognoſcitur. Nam Theodora Auguſta mittens Anthemium Scribonem ſuum Romam, vt Vigilium Papam comprehenderet, ait ei: Excepto in Baſilica beati Petri parce. Nam ſi in Lateranis, aut in Palatio, aut in qualibet Eccleſia Vigilium inueneris; mox impoſito in naui, perduc eum vſque ad nos. Quod ſi non feceris, per viuentem in ſæcula excoriari te faciam.

D De eadem re. XXXVI

HOc quoque non eſt paruum, quod inſtitutione Sanctorum Patrum quædam prærogatiua ſumitur de ſanctiſſimo Altari beati Petri, Crux Dominica, quæ præcedat populum pœnitentem per totam Quadrageſimam ad ſtationes euntem. Quæ nimirum Crux ſtationalis ad Chriſti, & eius Apoſtoli reuerentiam, in tanta veneratione à cunctis eſt habita, quod ſicut Cantores, & Regionarij aſſerunt, hac Cruce non delata, immunes ab ſtatione ſæpe recedant.

AD-

A

ADNOTATIO.

De hac materia, videlicet, de excellentia huius Baſilicæ, ſuperiùs Auctor Romanus iterum locutus eſt; & Nos in noſtris adnotationibus nonnulla diximus. Hæc hiſtoria, de qua ipſe hic locutus, apud Anaſtaſium clarius, & latius intelligi poteſt: ſic etiam de ſacroſancto Altari beati Petri. Item nonnulla ſuperius diximus cum Honufrio, qui fusè, & eruditè commemoratus eſt. Hic verò ad gloriam Apoſtolorum adducimus quod Baronius dixit his verbis: [Horum ſepulchris Vrbem eſſe munitam alibi idem Chryſoſtomus tradit, cum ait: Hoc Corpus plebem hanc munit, quod quauis turri, innumeriſque mœnibus, ac vallis, eſt tutius. Cum ipſo Corpus etiam beati Petri &c.] Pergit & Baronius: [Eadem & Chriſtianus nobilis Poeta Venantius Fortunatus verſibus cecinit. Quæ velut ſepulcrorum ipſorum hic epitaphium ſunto. B

In vita Vigilij pp.

Honuf. de 7. Eccl. pag. 45. & ſeqq.

Baron. tom. 1. ad ann. 69.

COELORVM PORTÆ LATI DVO LVMINA MVNDI
ORE TONAT PAVLVS FVLGVRAT ARCE PETRVS.
INTER APOSTOLICAS RADIANTI LVCE CORONAS,
DOCTIOR HIC MONITOR, CELSIOR ILLE GRADV.
CORDA PER HANC HOMINVM RESERANTVR, ET ASTRA PER ILLVM
QVOS DOCET IPSE STYLO, SVSCIPIT ILLE POLO.
PANDIT ITER COELIS HIC DOGMATE, CLAVIBVS ALTER; C
EST VIA CVI PAVLVS, IANVA FIDE PETRVS.
HIC PETRA FIRMA MANENS ILLE ARCHITECTVS HABETVR.
SVRGIT IN HIS TEMPLVM QVO PLACET ARA DEO.
A FACIE HOSTILI DVO PROPVGNACVLA PRÆSVNT
QVOS FIDEI TVRRES VRBS CAPVT ORBIS HABET.
HI RADIANT OVILI PRECIOSO IN CORPORE CHRISTI,
LVMINE QVI PROPRIO CÆTERA MEMBRA REGVNT.]

Hic etiam tangi poteſt, multos Imperatores, Reges, Duces, & alios Principes ad Apoſtoli beati Petri limina ſæpiſſimè occurriſſe. Et præcipuè Theodo Dux gentis Baioariorum ad beati Petri limina primus de gente eadem occurrit orationis voto: ſed infra latiùs, Deo fauente, loco opportuniori de his agetur. D

XXXVII. De prærogatiua huius ſacroſancti Altaris.

ET quoniam beatus Petrus fuit Princeps, & Caput omnium Apoſtolorum, dicente Domino: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam: & tu vocaberis Cephas, id eſt

Caput

A Caput quadam prærogatiua; nullus Patriarcha, nullus Archiepiſcopus, nullus Epiſcopus, ſiue Sacerdos, ad ſacroſanctum Altare eiuſdem Apoſtoli conſecretur, niſi tantùm Succeſſor eius Romanus Pontifex. Primam quoque Cathedram, vt præcipuus Doctor & principalis intelligentiæ, beatus Petrus in Eccleſia Alexandrina habuiſſe dicitur. Sic quoque in actibus Apoſtolorum legitur: Omnes dubitationes ad beatum Petrum, tamquam ad magiſtrum omnium referebantur.

ADNOTATIO.

Primam Cathedram Petrus poſt Aſcenſionem Chriſti Antio-
B chiæ poſuit, Vrbemq. in Oriente prænobilem in Patriarchatum erexit. Hinc Romam pergens caput omnium Eccleſiarum primariam Cathedram locauit, vnde Orbis doctrinam ſalutis hauriret, ne vero Alexandrina primaria Vrbs Ægypti deſtitueretur, Marcum miſit, qui illic Eccleſiam fundaret, quæ proinde origine vtrique poſterior eſt. Sedes Hieroſolymitana, & Conſtantinopolitana longè poſtea inſtitutæ ſunt, illa ob ſanctitatem, hæc ob Imperium.

De Baſilica D. Petri in Vaticano hic etiam adnotabimus, quod Baronius de hac Baſilica pronunciat his verbis: [Sed quæ affixa parieti ſculpta marmore perijt vetus inſcriptio, tunc appoſita,
C antiquæ reddidere membranæ, in quibus eiuſmodi in Baſilica Vaticana repertum inſcriptum diſtichon legitur.

QVOD DVCE TE MVNDVS SVRREXIT IN ASTRA TRIVMPHANS
HANC CONSTANTINVS VICTOR TIBI CONDIDIT AVLAM.]

Sequitur etiam altera vetus inſcriptio de vtraque Baſilica Petri, & Pauli, quam nos hic deſcribendam curauimus; videlicet.

IANITOR ANTE FORES FIXIT SACRARIA PETRVS.
QVIS NEGET HAS ARCES INSTAR ET ESSE POLI? Baron. tom. 12 pag. 905.
PARTE ALIA PAVLI CIRCVMDANT ATRIA MVROS
D HOS INTER ROMA EST, HIC SEDET ERGO DEVS.

Et hæc de prærogatiua Baſilicæ Vaticanæ innuiſſe ſufficiat.

Ratio, quare beati Petri Baſilica præcedat in Proceſſione. XXXVIII.

NOn modica quoque beati Petri Baſilica lætari debet prærogatiua, quòd in maiori Litania tanquam Nauis proræ, &

aliorum vexillifera, omnes de Naui præcedit, Domino Papa tanquam principali, & præcipuo Gubernatore ex puppe veniente. In quo nimirum facto ſignificant beatum Petrum Vexilliferum, & totius Eccleſiæ præductorem eſſe, & reſurrectionis primum prædicatorem. Sicut enim in Paſchali Proceſſione, Cruces & Sanctorum Reliquias ad vitæ præparationem, & monimenta contra hoſtes inuiſibiles præmittimus: Ita in hac generali Proceſſione, beati Petri Baſilica, vt ductrix, & rectrix ceterorum præambula inuenitur. Et hinc eſt, quod Crux Dominica, Quadrageſimali tempore videlicet, ſumitur de ſanctiſſimo beati Petri Altari, quæ præcedat populum pœnitentem per totam Quadrageſimam ad Stationes euntem. A B

XXXIX Ratio quare beati Petri Baſilica, & cæteras Eccleſias Vrbis, & omnibus præcellat lumine lampadarum.

QVoniam hæc beati Petri Baſilica omnium Eccleſiarum caput eſt, & ſpeculum; nam à beato Petro lumen fidei ſumpſit omnis Eccleſia; fuit enim, vt dicit beatus Gregorius in Moralibus, Chriſti Reſurrectionis primus Prædicator: de inſtitutione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, in decorem, & pulcritudinem huius ſacroſanctæ Baſilicæ accenduntur quotidie centum quinquaginta lampades, in prænominata beati Petri Eccleſia, ſicut in ſequentibus notabitur; & ſemper cum nouem lectiones facimus, eius ſacroſanctum Altare ad omne nocturnum incenſatur. Antiquitus tamen quotidie incenſabatur. In ſtationibus verò nocturnis ad omnem lectionem adhuc incenſatur. Decet namque beatum Petrum præſentis Eccleſiæ Principem, in Vrbe totius mundi domina venerari; & ibi ſacroſanctæ fundamentum Eccleſiæ fore, vbi erat mundanæ monarchiæ Principatus: & vbi mundani errantis maior excreuerat morbus, ibi Chriſtianæ ſalutis potior inueniretur medicina. Ipſe nimirum beatus Petrus Apoſtolorum Princeps à Chriſto eſt conſtitutus, quem Dominus ſuæ poteſtatis Vicarium tantæ plenitudinis auctoritate conſtituerit, vt quidquid alter in terris gereret, totum alter in cœleſtibus approbaret. C D

AD.

A ADNOTATIO.

In hoc quæſito nihil habemus, quod dicamus: quia non eſt dubitandum quin multitudo luminum in rebus ſacris ſignificet ſummam deuotionem, vel reuerentiam, maximumque cultum: & ſemper in hac Baſilica, à toto Orbe Terrarum fuit obſeruatum maxima cum veneratione, vt ſuperiùs in noſtris adnotationibus diximus. Itaque non eſt mirum, quod Vaticana Baſilica omnibus non ſolum in Vrbe; ſed vbique terrarum præcedat in luminarijs, vel luminibus lampadarum: Immo parua lumina fuiſſe mihi videntur, quæ Auctor noſter enumerauit. Ratio eſt, quia ſolum in
B Vrbe Roma, eſt ſacroſanctum Corpus Apoſtolorum Principis ſancti Petri, Capitis, & Principis Eccleſiæ Catholicæ Romanæ, à quo dependet totus Orbis Terrarum, & ab omnibus Chriſtifidelibus illius ſanctiſſimi Apoſtoli nomen veneratur, & in ſummo cultu habetur. Et hæc de noſtra ratione, ſi tibi placuerit, ſint ſatis.

De luminibus in Eccleſijs Chriſtifidelium. Vide Durantem de Ritibus.

De conſuetudine Confeſsionis Altaris beati Petri. XXXX.

HÆc ſunt, quæ Dominus Papa de conſuetudine recepturus
C eſt ab illis, qui eunt ad Confeſſionem beati Petri, pro tribus partibus: Canonici verò pro quarta parte. In primis Planetas, Camiſos, Dalmaticas, Tunicas, Amictus, Stolas, Manipulos, Cingulos, Crucem, Turibulum, Anulum aureum, qui ſit aptus ad cantandum Miſſam; libros, & alia vaſa, quæ ad officium Altaris ſpectant: Candelabra, tualias friſatas, & operatas, quæ totum Altare colligant, ſine friſio tantum; friſatas vero paruas, vel magnas. Tres denarios ad pondus de balſamo, & decem libras ceræ pro facula de Sabbato Sancto; & tres ampullas maiores, & tres minores; & tres fanones, & oleum pro chriſmate; & duodecim denarios Papienſes pro palmis. Canonici beati Petri ſex ſoldos in
D ſex ſtationibus; in vnaquaque ſex ſoldos; & ſex ſoldos in feſtiuitate ſancti Andreæ, & duo aquaricia olei pro feſto eiuſdem.

ADNOTATIO.

Romanus oſtendit conſuetudinem in celebrando Miſſam Pontificiam in Altare beati Petri: oſtendit etiam omnia quæ neceſſaria erant ad celebrandum. At temporibus noſtris multæ ſunt mutatæ ceremoniæ, neque eſt hic locus correctioni.

XLI. Quot lampades ardeant quotidie in beati Petri Baſilica de conſuetudine.

De luminibus in Baſilica B. Petri ardentibus. Vide Petrum Manlium opuſc. ad Alexandrum III. c. 6. in fin. Anaſt. in Cœleſtini vita. Et nouiſſime Ioannem Seueranum mem. ſac. de 7. Vrbis Eccleſijs.

A Ad luminaria ante Altare beati Petri treſdecim lampadæ. In corpore totidem die noctuque: In virga ante pectorali tres lampadæ. In vnoquoque capitulo, id eſt in vnaquaque corona, vna candela per totam noctem accendatur donec Miſſa finiatur: quæ nimirum capitula ſunt ad minus triginta quatuor, vſque ad Crucifixos. Omnes igitur lampadæ ab Altare beati Petri, vſque ad Crucifixos, ſunt quinquaginta omni nocte. In ſtationibus verò in vnoquoque capitulo quatuor candelæ. In rete, quod B eſt in atrio Eccleſiæ, duodecim. In virga decem & octo. Ante Veronicam decem, die noctuque. Ante Imaginem beatæ MARIÆ, quæ eſt de moſiuo poſt Veronicam, vna. In ſancto Proceſſio vna. Ad ſanctam Mariam de Cancellis tres. In arcu maiori, vbi audiuimus requieſcere corpus beati Matthiæ Apoſtoli vna, nocte & die: nocte verò tota octo. Ad ſanctam Crucem vna. In ſancto Ioanne ad fontes vna. In ſancta Lucia vna. Ad ſanctum Paſtorem vna: ad ſanctum Gregorium vna, die noctuque in vnoquoque iſtorum. In Vaticano vna. In ſancta Maria in Oratorio, vna. Ad ſanctum Leonem Quartum vna. Petro & Paulo vna. Ad ſanctum Bartholomæum vna. Ante Crucifixos duæ. In rete tres, in C virga tres. Ante portas Eccleſiæ de foris quinque. In vnoquoque porticalium tres. In S. Petronilla duæ. In S. Andrea vna. Omnes igitur Candelæ, quæ quotidie ardent in Eccleſia B. Petri, ſunt centum & quindecim ad minus omni nocte. In ſtationibus vero ſunt 250. In Dedicatione, in Aſcenſione, & feſto S. Petri, & octaua eius, retia accendantur: ſed rete magnum, quod eſt in atrio Eccleſiæ, ſcilicet ante portam Argenteam. Præterea quatuor funes de antiqua conſuetudine extenduntur, in feſto S. Petri, & octaua eius, in atrio eiuſdem Eccleſiæ, id eſt in Paradiſo in modum Crucis, & ligantur. In porticalibus ad pinam æneam, quæ eſt in Paradiſo; & in vno quoque fune decem candelę ſuſpenduntur. In D gradibus verò, ſcilicet ante Eccleſiam S. Mariæ inter Turres, id eſt inter nolaria, extenditur vnus magnus funis à porticali, quod eſt ſuper gradus mortuorum, vſque ad domum Petri Ioannis de Pampano, in qua nimirum domo de iure debet ligari funis ſecundum tenorem locationis ab Angelo Scriniario factæ; & ſuſpenduntur in eo viginti candelæ.

In reſarciendo tecto, & mutandis trabibus, dantur duo denarij papienſes, & quatuor librę ceræ. Quando Dominus Papa pergit

A git ad S. Petrum in ſtationibus, viginti ſolidi denariorum papien-
ſium, & duo aquaria clareti. Cardinalibus, & Cappellanis Domi-
ni Papæ cum alijs ſcolis, medietas Altaris datur, ex quo tualia ex-
tenditur ſuper Altare. Et in vnaquaque ſtatione vnum par facula-
rum de duabus libris ad veſperas, & ad matutinas, & candelas pro
lectionibus; & ad Miſſam ſimiliter vnum par facularum. Cardi-
nalibus quinque ſolidi denariorum papienſium in ſtatione, & tres
ſolidi pro reſponſorijs. In quatuor tempora, in vnoquoque ſab-
bato quinque ſolidi Lucenſes, Cardinali Diacono, Subdiacono,
Cantoribus, Acol.tis. A feſto S. Gregorij Papæ vſque ad feſtum
Pentecoſten, in vnoquoque die duodecim denarij papienſes dan-
B tur Domino Papæ, & mille libræ ceræ per ſingulos annos, & in
vnoquoque menſe vna aquaricia olei, & vna libra olibani; ſi eſt
in Vrbe, vel circa Vrbem per vnam dietam.

ADNOTATIO.

Quod attinet ad luminaria huius Baſilicæ, & cereorum cande-
labra, non eſt dubium, vſum candelabrorum, & lucernarum in
Eccleſia Dei antiquiſſimum eſſe; ſic etiam cereorum vſum appro-
batiſſimum ſemper fuiſſe. De ſignificatione luminum, tam litte-
rali, quàm myſtica, apud Patres omnes variæ, ſicut oſtendit Ioan-
C nes Stephanus Durantus de Ritibus Eccleſiæ Cattholicæ, ſunt opi- Io. Steph. Durant. lib. 1. c. 8.
niones. Hic nos loquimur de quantitate, & qualitate luminum:
& dicimus non eſſe mirum, quòd in B. Petri Baſilica per totum
Orbem celeberrima, fuerint luminaria tam cereorum, quàm lam-
padarum, ea quantitate, quam Auctor huius Baſilicæ Canonicus
aſſignauit: ſuperiùs enim dictum eſt de donis, prædijs, & oliuetis
à Diuo Gregorio Papa huic Baſilicæ aſſignatis per publicum no-
tarium vt ſupra. Et apud Anaſtaſium legitur, Agathonem Papam Anaſt. in vita Agath. PP.
ad luminaria ſanctę MARIÆ ad Præſepe & Apoſtolorum ſolidos
bis mille centum ſexaginta donaſſe. Et apud Bruchardum legi-
mus fuiſſe in Eccleſia Dei lumen, Apoſtolorum conſtitutionem.
D Et Melchiades Papa laudat, & renouat hanc conſtitutionem. Le-
gimus etiam apud Ioannem Stephanum Durantum, multis au-
thoritatibus Patrum & Conciliorum, oleum in lampadem, ſeu ad
luminare, & thymiama tempore ſanctæ oblationis, adhiberi ſo-
litum. Vbi Balſamon notat, oleum offerri ad Templi luminatio-
nem, & veræ luci, & Deo, gratiarum exhibendam actionem.
Et à Conſtantino multas donationes factas eſſe ſancto Petro, &
Paulo Apoſtolis legitur, vt eorum Baſilicæ ſemper habeant lumi-
na accenſa. Hæc & multa alia apud Ioannem Stephanum Du-
rantum,

rantum, vbi legimus hæc carmina, quæ iudicauimus hoc loco A
digna.

AVREA NVNC NIVEIS ORNANTVR LIMINA VELIS,
CLARA CORONANTVR DENSIS ALTARIA LYCHNIS.
LIMINA CERATIS ADOLENTVR AD ORA PAPYRIS
NOCTE DIEQVE MICANT, HIC NOX SPLENDORQVE DIEI
FVLGET.]

XLII. De conſuetudine Maioris Ebdomadæ.

EX conſuetudine in Maiori Ebdomada Dominus Epiſcopus ſanctæ Ruffinæ ius, quod conſueuit habere, videlicet B Arcam & Altare, ex quo pulſantur ad matutinum, & vſque ad finem, ſalua medietate Canonicorum, & Cantorum, quam habent in Altari cum Domino Epiſcopo, & vſque dum finitur officium, & ex quo pulſatur ad Miſſam. Tota namque medietas oblationis, quæ venit in Altare, eſt Altaris, id eſt Domini Epiſcopi. Altera medietas eſt inter prædictum Epiſcopum, & Canonicos Eccleſiæ & Cantores equaliter. Nam vna pars eſt Domini Epiſcopi, alia Canonicorum, alia Cantorum, ſi interfuerint conſtitutis officijs: ſi verò non interfuerint, eſt Canonicorum; ſeruata prius conſuetudine ad Altare ſeruientium. Quæ nimirum conſuetudo debet eſſe de communi omnium partium, & Domini Epiſ- C copi, & aliorum. Die Iouis ſancti, ex quo pulſatur ad officium matutinale, & ad Miſſam vſque ad finem officiorum, ſimiliter & in die Veneris ſancti: ſimiliter in Sabbato ſancto, ex quo pulſatur ad officium matutinale, & ex quo pulſatur ad baptiſmale officium nocte & die tota, habent ius ſuum, & vſque ad finem Miſſæ maioris in Paſcha. Canonici Baſilicæ beati Petri accipiunt decem libras ceræ pro facula de Sabbato ſancto, & tres de balſamo ad pondus, & tres ampullas maiores, & tres minores, & tres fanones, & oleum pro Chriſmate. Item Dominus Papa decem libras ceræ pro agnis. In ſancto Laurentio de Palatio vna acquaricia olei, & vna libra ceræ, & dimidium de olibano per menſem: & in D vnaquaque ebdomada, quando Dominus Papa non eſt Romæ, duo ſolidi Lucenſes hoſtiarijs. In Purificatione ſanctæ MARIÆ quinque libræ ceræ, & quatuor denarij pro unis. In Annuntiatione totidem. In Dominica Palmarum Acolitis duodecim denarij pro palmis. In letanijs maioribus viginti ſeptem libræ pro Preſbytero crucum, & lectis, & lobijs, Epiſcopis, & Cardinalibus, & omnibus ſcolis Palatij. Pro elemoſina ſanctæ Ruffinæ, & ſanctorum Quatuor, & S. Clementis, & ſancti Pancratij, vnum acquaricium

A cium olei, & quinque libræ ceræ, & dimidium de olibano: & in vnaquaque ebdomada pro elemoſinis pauperum vndecim ſolidi Lucenſes dum ſtrata currit; extra id quod datur eiectis: & de olibano, abundanter ſeruiat beato Petro, & omnia alia iura obſeruent. Sorrentialibus Præfecti ſi ſuſpendunt aliquem, quinque ſolidi. Quando decollant, ſimiliter. Quando cecant, duodecim denarij pro vnoquoque oculo. Quando truncant aliquod membrum, ſimiliter. In ſtationibus quando portant Manſionarij Crucem, vnus denarius Papienſis.

B

De Ebdomadis, qualiter diuiduntur per ordines. XLIII.

CErtum eſt, nos Canonicos Baſilicæ beati Petri, præter alias rationes, & conſuetudines, quas habemus, in oblatione Miſſæ Altaris maioris beati Petri de antiqua conſuetudine habere ſemper decimam ebdomadam de vndecim ebdomadibus totius anni: quæ ſic diuiduntur. Septem primas ebdomadas accipiunt ſeptem Cardinales ſancti Petri. Octauam ebdomadam accipiunt Diaconi Cardinales, præter Dominicalia totius anni, quæ ad eos ſpectant, excepta Dominica Palmarum, & Paſcha, & niſi forte
C ſit ſtatio. Nonam ebdomadam Cantores. Decimam ebdomadam Canonici Eccleſiæ: Vndecimam ſcola Baſilicæ. Qua finita, reincipiunt prædicti Cardinales ſancti Petri à capite, & ſic fit per totum annum. Oblatio itaque quæ ſpectat ad ebdomadam, eſt illa, quæ venit ad manus Cardinalium cantato Euangelio, & quæ venit ad Altare poſito Calice, & donec Miſſa cantata fuerit. Illa tamen oblatio, quæ venit ad Altare poſtquam Calix eſt poſitus, diuiditur per medium. Medietas eſt Altaris, & altera medietas eſt illius, cuius eſt ebdomada. Ille igitur, cuius eſt ebdomada, primo loco dat tria capita, id eſt tres monetas de communi Manſionarijs, qui ſeruiunt ad Altare. Deinde pro quantitate oblationis tribuit
D Diaconis, & Subdiaconis, & illis, qui ſeruiunt de pluuiali. Poſtea datis piſcibus Domino Cardinali, dat ſextam partem Cantoribus, & duas de melioribns faculis.

ADNOTATIO.

Romanus Auctor noſter oſtendit antiquum & religioſum ritum in celebrando Miſſæ ſacrificium, vbi aſſiſtebant ſeptem Cardinales. Hunc ritum celebrandi Honufrius optimè demonſtrauit, qui accuratè, & maxima cum diligentia deſcripſit tempore ſuo. De 7. vrbis Eccl. pag. 33.

Car-

Cardinales hi fuere Presbyter Cardinalis tit. ſanctæ Mariæ Tranſ- A
tyberim. Presbyter Card. tituli S. Chryſogoni. Presbyter Cardin. tituli S. Cæciliæ. Presbyter Card. tit. S. Anaſtaſiæ. Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentij in Damaſo. Presbyter Cardinalis tituli S. Marci. Presbyter Cardinalis tituli ſancti Martini in Montibus. Et de titulo huius Baſilicæ hæc habet: [Baſilicæ S. Petri in Vaticano, quæ habet Archipresbyterum, qui eſt Cardinalis, & Canonicos ſæculares miniſterio, eadem ratione, qua Baſilicæ Lateranenſi ſeptem Epiſcopi, ita huic aſſignati ſunt ſeptem Presbyteri.]

Honufr. de 7. Vrbis Eccl. pag. 20.

XLIV. De nominibus quinque Portarum Baſilicæ B. Petri Apoſtolorum Principis. B

IN honorem Baſilicæ beati Petri Apoſtolorum Principis ſcribimus nomina quinque Portarum, quæ ſunt in ingreſſu B. Petri Baſilicæ. Quarum media, & maior, vocatur Porta Argentea, quoniam optimo argento tota deargentata fuit, & varijs picturis a ſancto Leone Papa IV. depicta. Porta vero, quæ eſt iuxta eam, & quæ vadit ad ſanctum Leonem Nonum Papam, vocatur Porta Raueniana, quoniam antiquitus Rauennates, & omnes Lombardi, & Tuſci, de conſuetudine per eam intrabant; vel quia trans Tyberim per eam intrare ſolebant; cum Tranſtyberim Ciuitas Rauennantium vocaretur. Tertia Porta iuxta eam, quæ vadit ad ſanctum Gregorium, vocatur Porta Iudicij, quoniam per eam tantùm mortui, qui ſepeliendi ſunt in Eccleſia beati Petri, mittuntur à Domino iudicandi. Ab alia parte ſupra, Porta, quæ eſt iuxta Portam Argenteam, dicitur Porta Romana; quoniam, vt à noſtris maioribus accepimus, Romanæ Mulieres antiquitus, & adhuc frequenter per eam intrant. Porta illa, quæ eſt iuxta eam, & quæ vadit per porticale iuxta Veronicam, dicitur Porta Guidanea; quoniam Guidones, qui ducebant Oratores venientes per porticale, quod eſt iuxta nolarium maius, frequenter per eam intrabant. Vnde vſque ad noſtra tempora faculæ, & cerei ibi vendebantur. (C, D)

ADNOTATIO.

Baſilicæ Vaticanæ Portæ à Romano enumeratæ ſunt quinque, quia ſua tempeſtate plures non fuerunt. Poſtea verò in angulo Baſilicæ fuit aperta ſexta, quà a Chriſtifidelibus vocata eſt Porta Sancta. De quibus Portis Honufrius copioſe tractauit, his verbis. [In Baſilicæ Vaticanę anteriori parte ſunt ſex Portæ. Medio omnium

De 7. Vrbis Eccl. pag. 37.

nium

A nium maior Argentea vocata à laminis argenteis cęlatis, quibus totam eam cooperuit Honorius Papa, quas à Saracenis dirutas reſtituit Leo Quartus; & ijs poſtremò etiam ablatis, ęneam refecit Eugenius Quartus cum martyrio Sanctorum Apoſtolorum, & rebus ab ſe geſtis expreſſis, vt hęc carmina indicant. Honufr. de 7. Vrbis Eccl. pag. 37.

VT GRÆCI, ARMENI, ÆTHIOPES HIC ASPICE VT IPSAM
ROMANAM AMPLEXA EST GENS IACOBINA FIDEM.
SVNT HÆC EVGENII MONVMENTA ILLVSTRIA QVARTI:
EXCELSI HIC ANIMI SVNT MONVMENTA SVI.

Proxima porta a parte dextera vocatur Rauenniana, à Rauen-
B natibus Tranſtyberim incolentibus; vel quia Tranſtyberini Rauennates vocabantur; quo nomine Tuſci, & Tranſpadi homines comprehenduntur, quia eò ingredi Eccleſiam conſueuerant.

Tertia verſus ſanctam Mariam de Febre, vocata Porta Iudicij, quoniam ea vita functi ad ſepulturam inferebantur.

A parte ſiniſtra proxima poſt Argenteam ſequitur Porta Romana, à Ciuibus Romanis dicta.

Tertia Guidonea vulgari verbo, à Guidonibus nuncupata, qui peregrinos ad limina Apoſtolorum venientes, & in Eccleſiam introducebant, cuncta illis memoratu, aut viſu digna oſtendentes.

Sexta eſt Porta Sancta recèns addita, quæ vigeſimoquinto quo-
C que anno Iubileo redeunte aperitur, & eo exacto clauditur.

Super his Portis appenſæ ſunt catenæ Portus Smyrnenſis, & vectes eius Vrbis, Xyſto Quarto Pontifice Maximo a claſſe Eccleſiaſtica, cui Oliuerius Caraffa Cardinalis Neapolitanus cum imperio præerat, de Turcis captæ. Item vexillorum aliquot ijſdem Dei hoſtibus erepta,]

De Porta Argentea, de qua Honufrius loquutus eſt, ab Honorio Papa Primo facta, Anaſt. longè, latèque prius loquutus eſt his verbis:[Hic erudiuit Clerum. Temporibus ſuis renouauit omnem cimiliam beati Petri Apoſtoli, & inueſtiuit Confeſſionem beati Petri ex argento puro, quod penſ. lib. centum octuaginta & In vita Honorij pp. I
D ſeptem. Inueſtiuit Regias Ianuas ingreſſu Eccleſiæ maiores, quæ appellantur medianæ, ex argento, quæ penſ. lib. nonigintas ſeptuaginta quinque.] Quæ omnia ſuperiùs alia occaſione retulimus: quoniam autem hic eſt locus proprius, ideo & repetimus. Itaque pro confirmatione illius, quod Honufrius dixit de renouatione facta a Leone Papa Quarto huius Portæ argenteæ, Anaſtaſius latius, atque veracius oſtendit hanc hiſtoriam his verbis. [Ipſe inſignis, Præſulque præcipuus, cùm innumera ſummi decoris opera in Baſilica beati Petri Cœli clauigeri perfeciſſet, Portas, quas In vita Leonis IIII.

S deſtru-

deſtruxerat Saracena progenies, argentoque nudarat, erexit, multiſque argenteis tabulis lucifluis, ſalutiferiſque hiſtorijs ſculptis decorauit, & in meliorem ſpeciem quàm pridem fuerant, reparauit, vt omnes, qui in eadem Baſilicam ingredi volunt, laudes Deo Omnipotenti, ſanctoque ſuo Præſulatui referant, & expoſcant; vt multa annorum ſuæ vitæ curricula extendantur, qui tanti fulgoris opere, tantoque pulcritudinis pondere Aulam Dei argento penſ. lib. ſeptuaginta ornauit. Qui ſummus, Deoque Papa, in exordio ſui Pontificij, cùm porticus partis læuæ Beati præ nimiá vetuſtate Petri Baſilicæ cecidiſſet, celeri ſtudio præclarius renouauit.] A

Quoniam autem ſuperius verba Honufrij Panuini de Baſilicæ huius Portis adduximus, hic nobis nihil aliud occurrit ſignificandum de his Portis, de quibus optimè Honufrius pertractauit. B

XLV. De Dignitatibus beati Petri Baſilicæ.

IN Paradiſo ſancti Petri eſt Cantarum, quod fecit fieri Symachus Papa, columpnis porfireticis ornatum. Quæ nimirum columpnæ tabulis marmoreis cum griſonibus connexæ, pretioſo cœlo æneo copertæ cum floribus, & Delphinis deauratis aquas fundentibus. In medio verò huius Cantari eſt Pinea ænea, quæ fuit coopertorium cum ſinino æneo, & deaurato ſuper ſtatuam Cibeles Matris Deorum in foramine Pantheon. In qua, videlicet Pinea ſubterranea fiſtula plumbea ſubminiſtrabat aquam ex forma Sabbatina, quæ toto tempore plena præbeat aquas per foramina nucum omnibus indigentibus ea: & per ſubterraneam fiſtulam quædam pars fluebat ad Balneum Imperatoris iuxta Agulea. C

XLVI. De eadem re.

IN cortina beati Petri, ſcilicet in platea, ante gradus eſt quoddam cantarum cum conca porfiretica, quod conſtrui fecit prænominatus Symachus Papa ad Chriſmatis vnctionem in ſecunda feria poſt Paſcha. D

XLVII. De eadem re.

IN eadem platea ante Eccleſiam beati Petri, videlicet, iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ Virgariorum, eſt quoddam aliud cantarum, quo de conſuetudine Scola Virgariorum præparat lectum Domino Papæ, in Letania maiori venienti ad S. Petrum.

De

A

De eadem re. XLVIII.

IN Naumachia iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ in Traſpadina, eſt ſepulcrum Romuli, quod vocatur Meta, quæ fuit miro lapide tabulata; ex quibus opus gradarum ſancti Petri peractum fuit. Hęc habuit circa ſe Plateam Tiburtinam viginti pedum, cum cloaca, & florali ſuo. Habuit quoque, circa ſe Terebinthum Neronis tantæ altitudinis, quantum & Caſtellum Adriani Imperatoris, miro lapide tabulatum. Quod ędificium rotundum fuit cum duobus geronibus, ſicut Caſtrum: quorum labia erant cooperta tabulis lapideis pro ſtillicidijs. Et iuxta hoc ędificium crucifixus fuit
B B. Petrus Apoſtolus.

De eadem re. XLIX.

EST & Caſtellum, quod fuit memoria Adriani Imperatoris, ſicut legitur in ſermone ſancti Papæ Leonis de feſtiuitate ſancti Petri, vbi dicitur: Memoria Adriani Imperatoris miræ magnitudinis Templum conſtructum, quod totum lapidibus coopertum, & diuerſis hiſtorijs eſt perornatum. In circuitu verò cancellis æneis circumſeptum cum Pauonibus aureis, & Tauro æneo. Ex quibus Pauonibus duo fuerunt de illis, qui adhuc ſunt in canta-
C ro Paradiſi beati Petri. In quatuor partes huius Templi fuerunt quatuor Caballi ænei deaurati, in vnaquaque fronte Portæ æneæ. In medio giro fuit ſepulchrum porfireticum, quod nunc eſt Lateranis, in quo ſepultus eſt Innocentius Papa Secundus: cuius coopertorium eſt in Paradiſo beati Petri ſuper ſepulcrum Præfecti.

ADNOTATIO I.

De huius Baſilicæ beati Petri dignitatibus ſuperiùs nonnulla dicta ſunt: hic autem demonſtrabimus, quid eſt Paradiſus, & cantharum. Dicimus igitur, Paradiſum nihil aliud eſſe, niſi locum ante Baſilicam, qui propter amœnitatem, & pulcritudinem Paradi-
D ſus vocabatur. Verum ex Panuinio huius loci deſcriptionem audiamus, qui ita ait: [Ante ipſam Baſilicam erat quadriporticus à Conſtantino facta, cuius etiam nunc extant reliquiæ. Quā Symmachus Papa tabulis marmoreis ſtrauit, & muſiueis ſignis ornauit. Et Conſtantinus Papa ſex ſanctarum Synodorum generalium picturam in eadem poſuit: cuius atrium, ſiue impluuium, quod Paradiſus dicitur, Dominus Papa marmoreis quadris conſtrauit. In cuius medio Symmachus Papa cantharum, id eſt fontem, fecit columnis octo porphyreticis ornatum; cuius opercu-

De 7. Vrbis Eccl. pag. 78.

Arcus, vel quadriporticus huius Baſilicæ cum fonte in medio, & pinea à Symmacho pp. conſtruct.

Vide. Baron. tom. 8 ad ann. 514 de veritate huius hiſtoriæ Baſilicæ ſancti Petri quadriporticus.

lum æneum, Pauonibus ex Mole Adriani eruto, & Delphinis inauratis aquam fundentibus, decorauit. In cuius medio æneam Pineam locauit, quam per ſubterraneos ſcyphones plumbeas fiſtulas, aqua ex forma Sabiniana publicæ commoditati corriuabatur. In eodem atrio, marmoreo ſolio, quod adhuc extat iuxta portam, ſepultus eſt Otho II Imperator. Honorius etiam, & Placidius Valentinianus Auguſti, ibidē collocati fuere. In eius pariete extant è muſiuo deuotiſſimæ Chriſti & Apoſtolorum in mari turbato exiſtentium imagines, Ioti picturis opera, vt fama eſt, factæ.] Hactenus Panuinius. Hæc hiſtoria apud Anaſtaſium legitur in vita Symmachi Papæ his verbis: [Baſilicam verò beati Petri marmoribus ornauit, & Cantharum beati Petri cum quadriporticu marmoribus ornauit, & ex muſiuo Agnos, & Cruces & palmas fecit. Ipſum verò atrium omne compaginauit.] De fonte in Paradiſo huius Baſilicæ ſancti Petri exiſtente, facit mentionem Baronius, qui citat epiſtolam 31. ſancti Paulini Epiſcopi Nolani, his verbis: [Huic etiam miniſterio inſeruiebat fons ille in Atrio Baſilicæ Vaticanæ Romæ poſitus, cuius Paulinus hiſce meminit ad Alectium ſcribens: In veſtibulo cantharum miniſtra manibus, & oribus noſtris fluenta ructantem faſtigiatus ſolido ære tholus ornat, & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie quatuor columnas ſalientes aquas ambiens. Decet enim ingreſſum Eccleſiæ talis ornatus; vt quod intus miſterio ſalutari geritur, ſpectabili pro foribus opere ſignetur.] Pergit etiam Baronius: [Et ad Seuerum in hunc modum de alia Eccleſia.

A (beside line 1) · B (beside "ornauit, & Cantharum…") · C (beside "intus miſterio…")

Baron tom. 1. ann. 57. Epiſt. 31. S. Paulini Epiſcopi Nolani.

Paulini Epiſcopi epiſtola 12.

SANCTA NITENS FAMVLIS INTERLVIT ATRIA LYMPHIS
CANTHARVS, INTRANTVMQVE MANVS LAVAT, AMNE MINISTRO.]

Ipſe Romanus in fine huius capituli fecit mentionem de Balneo Imperatoris iuxta Obeliſcum apud Templum beatæ Virginis de Febri, quod temporibus noſtris pro Canonicorum Sacrario exiſtebat. Vidimus etiam à Xiſto Quinto Pontifice Maximo, ſummo cum artificio in medio plateæ Diui Petri eundem Obeliſcum translatum, vbi hodie maxima cum magnificentia videtur. Et quia à Bartholomæo Marliano, de Monte, & Campo Vaticano Templis Apollinis, & Martis, atque Naumachia, & Circo, & Hortis Neronis, necnon de Obeliſco, qui eſt in eodem Circi loco, agitur: ideo nullum hic verbum de hac re faciendum cenſemus. D

Obeliſcus in medio Plateæ diui Petri à Xiſto. V. Marliano cap. 21.

ADNOTATIO II.

Presbyter Romanus hic pergit fontem in platea Baſilicæ ſancti Petri ad communem vtilitatem ibi ædificatum à Symmacho Papa,

A pa, deſcribere, qui etiam ait ad Chriſmatis vnctionem conſtructum fuiſſe. Hanc hiſtoriam Anaſtaſius Bibliothecarius veraciſſimus Auctor in vita eiuſdem Symmachi conſcripſit; cuius verba nos ſupra fol.69. retulimus.

Porrò Ioti picturam referentem Imagines Chriſti, & Apoſtolorum; de qua Panuinius relatus ſupra in adnotatione prima huius textus; in demolitione Baſilicæ veteris tempore Pauli Quinti, nos eiuſdem Pontificis iuſſu, integram aſportari curauimus: quam deinde Vrbanus Octauus plures in partes diuiſam collocauit in interiori ſupremaque Templi parte, videlicet ſupra maiorem Portam, dictam antiquitus Argenteam. De Gradibus autem marmoreis eiuſdem Baſilicæ ita Panuinus: [Gradus marmoreos ante Baſilicam fecit Conſtantinus Imperator. Symmachus Papa amplificauit. Pius Secundus Papa, additis ſanctorum Apoſtolorum præ gradibus Statuis, reſtituit.] Et apud Flauium Blondum in Roma inſtaurata, legitur tum de Circo Neronis, tum etiam Adriani Imperatoris ſepulchro, vbi multa de valle Vaticana legimus, quæ apud ipſum Auctorem legi poſſunt: & ſolum hic dicimus, Symmacho Papæ Eccleſiam ſancti Andreæ in foro Baſilicæ Diui Petri dedicatam fuiſſe.

B

De 7. Vrbis Ecc pag.39.

Vid. Flauium Blond loco cit.

ADNOTATIO III.

C Hic pergit Romanus Presbyter dicere de rebus particularibus in Campo, vel valle Vaticana exiſtentibus ſua tempeſtate; de quibus nonnulla apud Blondum ſuperiùs citatum in ſua Roma inſtaurata, vbi etiam ipſe ſermonem primum Leonis Papæ I. adducit, dum tractat de Paſſione S. Petri. De Pauonibus ad ornatum molis Adrianæ, de quibus hic Romanus loquutus eſt, Romanarum Antiquitatum ſcriptores egerunt. Nos verò in demolitione Baſilicæ Diui Petri, tempore Pontificatus Pauli Quinti, Pineam æneam, & nonnullos Delphines, atque Pauones, de medio Atrij aſportari fecimus, in Theatrum, vel Villam Innocentianam, dictam Beluedere, ab Innocentio VIII. vbi hodie eſt Viridarium
D malorum aureorum à Paulo Quinto conſtructum. Et hæc ſufficiant de omnibus pertinentibus ad Vallem Vaticanam.

Quando ornatur Lectorium B. Petri. L.

IN memoriam poſterorum ſcribimus Nos Canonici Baſilicæ beati Petri, in quibus noctibus Lectorium eiuſdem Baſilicæ beati Petri, de conſuetudine ornatur mappula, & faculis duarum librarum à Confeſſione traditis: videlicet, Dominicæ de Gaudete,

Natale

Natale Domini, Epiphania, Septuageſima, Quinquageſima, Cathedra ſancti Petri, in Dedicatione Altaris facta à Papa Caliſto, Dominica de Paſſione, Dominica Palmarum, feria quarta poſt Palmas, in Cœna Domini, Paraſceue, Sabbato Sancto, Paſcha, feria ſecunda poſt Paſcha, Dominica de Paſtor bonus, in Aſcenſione Domini, Pentecoſte, feſtum beati Petri, Octaua eiuſdem, in Aſſumptione beatæ MARIÆ, in Litanijs Maioribus; in Dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli, in feſto Omnium Sanctorum. A

ADNOTATIO.

Hic Romanus, tanquam Presbyter, & Canonicus huius Baſilicæ, præſumitur fuiſſe peritus de Eccleſiaſticis ceremonijs, ac functionibus, necnon de ritibus illius Baſilicæ temporibus ſuis. Itaque Textus hìc adnotatione aliqua non indiget. B

LI Donatio Caroli Imperatoris.

QVantam reuerentiam, quantam dilectionem, totus Orbis Terrarum huic ſacroſanctæ beati Petri Baſilicæ exhibeat, quantumque Chriſtianiſſimus Romanorum Imperator Carolus eam ditauerit, & honorauerit; in vita beatæ recordationis Domini Adriani I. Papæ manifeſtiſſimè indicatur. Nam donationem beato Petro, & eius ſucceſſoribus, per Cappellanum, & Notarium ſuum Etherium, religioſum, & prudentem virum, lætus fecit. In qua conceſſit prænominato Pontifici Domino Adriano, & ſucceſſoribus in perpetuum, has Vrbes, & Caſtella: id eſt, à Lunis cum Inſula Corſica: deinde in Suriano, deinde in Monte Bardone, id eſt in Vereto: deinde in Parma, deinde in Regio: & exinde in Mantua, atque Montem Silicis ſimul, & vniuerſum Exarchatum Rauennantium, ſicut antiquitus erat. Atque Prouincias Venetiam, & Hiſtriam. Necnon & cunctum Ducatum Spoletanum, ſeu Beneuentanum. Factaque eadem Donatione, propria ſua manu eam ipſe Imperator corroborans, vniuerſos Epiſcopos, Abbates, Duces, & Grafiones, in ea aſcribi fecit. Quam nimirum chartam Donationis priùs ſuper Altare beati Petri ſuperius, & poſtmodum intus in ſancta eius Confeſſione ponentes, tam ipſe Franciſcorum Rex, quàm eius Principes, beato Petro, & eius Vicario ſanctiſſimo Adriano Papæ, ſub terribili ſacramento ſeſe omnia conſeruaturos, quæ in eadem charta Donationis continentur, promittentes, tradiderunt. Appaream quoque ipſius Donationis per eumdem Etherium aſcribi faciens intus ſuper corpus C D

Vide Anaſtaſius in vita ſancti Hadriani anno Chriſti 772. pag. 156.

A pus beati Petri ſub iſtis Euangelijs poſitis, pro firmiſſima cautela, & æterna nominis ſui, & Regum Francorum memoria, proprijs ſuis manibus poſuit. Aliaque eiuſdem Donationis exempla, per Scriniarium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aſcripta, eius Excellentia ſecum deportauit: & ideò, vt putamus, in memoriam tam magnificæ Donationis, nomina Ciuitatum, quæ prænominatus Romanorum Imperator huic ſacroſanctæ Eccleſiæ contulit, in portis æneis, quæ ſuper gradus beati Petri fuerunt, videlicet in introitu Eccleſiæ ſanctæ MARIÆ inter Turres, argenteis litteris annotata fuerunt, ſicut nos vidimus, & ſæpè cum fratribus noſtris legimus.

B

ADNOTATIO.

Loquitur hic Romanus Auctor de donationibus factis a Carolo Magno Romanorum Imperatore ſancto Petro, & ipſius Succeſſoribus, ſed non ſatis, quoniam ipſe Auctor ſolùm hic deſcripſit omnia, quæ impreſſa erant in tribus Portis æneis, quæ ſuper gradus beati Petri Baſilicæ olim fuerunt: videlicet introitu Eccleſiæ ſanctæ Mariæ inter Turres; in quibus portis, argenteis literis adnotata fuerunt nomina Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, & Inſularum, atque locorum Sedis Apoſtolicæ: & ipſe Auctor fatetur has literas in illis portis cum fratribus ſuis ſæpius legiſ-
C ſe. At nullam fecit mentionem de Conſtantini Magni Imperatoris Donatione; ſic etiam de Imperatorum, Regum, ac Principum Chriſtianorum in Sedem Apoſtolicam munificentia; quæ apud varios, approbatoſque Auctores leguntur: & noſtra tempeſtate Baronius veritatem huius hiſtoriæ oſtendit; ita etiam Iacobus Gretſerus e Societate IESV Theologus, in ſuo Commentariolo de Imperatorum, Regum, & Chriſtianorum Principum in Sedem Apoſtolicam munificentia; in quo non ſolum breuiter, ſed maximo cum fundamento contra hæreticos, & præcipuè contra Leonardum Hutterum falſum, & iniquum Prædicantem; vt etiam in ſua Apologia pro Illuſtriſſimo Cardinali Baronio, optimè,
D & ſatis hanc materiam tractauit. Et præſertim quoad Conſtantini Magni Donationem, legimus in authentica forma apud Gratiani decretum part. 1. diſtinct. 96. veritatem huius hiſtoriæ, vbi nonnulla capitula, vel decreta Pontificia adducta ſunt. Sic etiam multos graues antiquos & approbatos Auctores, ad quos nos remittimus: & hic nonnullas Donationes Ciuitatum, & Prouinciarum factas Eccleſiæ Romanæ, recenſebimus.

Vide decretum part. 1. diſtinct. 96.

Et primò à Chriſtianiſsimo Rege Francorum Pipino, anno Domini 755. ſicuti legimus apud Anaſtaſium Bibliothecarium, &

apud

apud Baronium, maxima cum gloria Francorum Regis, qui pe- A
culiares filij ſancti Petri vocati ſunt. Vide etiam pro veritate huius hiſtoriæ Leonem Oſtienſem, qui latioribus extendit terminis eiuſmodi donationem Pipini: quæ omnia adnotauit Baronius. Legimus etiam adductam ſuperiùs apud Anaſtaſium confirmationem Donationis factæ à Carolo Magno Francorum Rege anno Chriſti 774. Hadriani Papæ anno tertio: & Baronius Donationem, atque confirmationem ſuperiorum Donationum factam à Ludouico Pio Caroli Magni filio anno ſalutis 817. optimè adnotauit in vita Paſchalis Papæ, anno primo. Apud eundem Baronium etiam legimus diploma confirmationis iurium Eccleſiæ Romanæ, & etiam donationis factæ ab Othone Magno Imperato- B
re anno Domini 962. Ioanni Papæ XII. anno 7. eius Pontificatus, vbi non ſolum legimus Signum Domini Othonis Sereniſſimi Imperatoris, verùm etiam ſuorum Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum, ad maiorem cautelam, & authenticationem pro Eccleſia Romana. Habemus etiam diploma Henrici I. Imperatoris, & Regis II. eiuſdem propemodum ſententiæ ſimilem; quæ Othonis conſtitutio à Baronio recenſetur. Legimus etiam apud eundem Baronium Donationem Mathildæ Comitiſſæ factam Romanæ Eccleſiæ. De qua etiam Donatione legimus apud Oſtienſem, qui tunc viuens, & iam præſens adeſſe potuit, ſed eius temporis ſcriptor fidei ſyncereæ de eadem Donatione hæc habet; C
[Anno Domini 1077. Mathilda Comitiſſa, Henrici Imperatoris exercitum timens, Liguriam, & Tuſciam Prouincias Gregorio Papæ, & S. R. E. deuotiſſimè obtulit, &c.]

Francorum Reges peculiares filij S. Petri. Vide Leonem Oſtien. hiſt. Caſſin. lib. 1. cap. 7. Baron. tom. 9. ad ann. 755.

Vide Anaſt. in vita Adriani Papæ I.

Vide huius donat. defenſionem in apolog. Baroniana cap. 8. con. Galdaſtum Caluiniſtam. Baro. tom 10. ann. 962.

Vide Iacobum Gretſerium de ſocietate Ieſu in Apolog. Baroniana cap. 20.

Tom. 11. anno Chriſti 1014.

Leo Oſtien. lib. 3. cap. 48. anno. 1077

Baronius item adnotauit diploma Alberti Imperatoris, vbi extant in Caſtro ſancti Angeli litteræ datæ ab Alberto Imperatore; deſcribitur iuramentum fidelitatis ab eo exhibitum Bonifacio Papæ Octauo; & continetur confirmatio, & ratificatio priuilegiorum omnium per alios prædeceſſores Imperatores Eccleſiæ Romanæ conceſſorum, &c. Et ab eodem Baronio ſcribitur, Federicum Secundum Imperatorem ratificaſſe, & confirmaſſe omnes donationes, quæ ab antegreſſis Regibus, & Imperatori- D
bus Eccleſiæ Romanæ liberaliter factæ ſunt.

Baron. tom. 10. ad ann 996.

Baron. tom. 11. ad ann. 1907.

Hic etiam adnotabimus Regna, & Principatus beato Petro, Eccleſiæ Romanæ olim Tributarios.

Et primò, Regnum Ruſſiæ. De huius hiſtoriæ veritate optimum teſtem habemus Gregorium Septimum lib. ſecundo regiſtr. epiſt. 74. quæ apud Iacobum Gretſerum latius legitur iu ſuo Commentariolo ſuperius adducto, & à Baronio de hac re loquente his verbis: [Anno 1075. vt eo exemplo intelligatur quomodo

con-

A contigerit plura Regna oblata reperiri Apoſtolicæ Sedi, Chriſtiana Regum pietas efficiebat, vt perſuadentes ſibi illi, magis protectione ſancti Petri Principis Apoſtolorum, quàm armis, Regna defendi, offerent illa eidem ſancto Petro, à quo & per ſucceſſorem ipſius Romanum Pontificem acciperent illa in feudum, præſtito iuramento fidelitatis eidem. Iactatum bellorum fluctibus Demetrium ipſum Regem Ruſſorum, Lambertus in Chronico eodem anno demonſtrat, dum eum ad Henricum Regem pro auxilio contra fratrem veniſſe tradit.] Ipſe etiam Iacobus Gretſerus hoc item adduxit.

Ex Lamberto in chronico anno 1075.

Vide Baron. tom. 11. ad annum 1075.

Habemus etiam Regnum Croatiæ, & Dalmatiæ, ſancti Petri,

B & Eccleſiæ Romanæ olim tributarium: de quo hæc habet Gretſerus: [Hanc Regis Croatiæ, & Dalmatiæ profeſſionem voluntatis ſuæ erga Sedem Apoſtolicam teſtificationem deſcripſit Baronius tomo vndecimo, anno Redemptoris 1076. ex Codice, qui Centius Camerarius inſcribitur de Cenſibus Sedis Apoſtolicæ.]

Baron. tom. 11. ad ann. 1076 vid. etiam Auguſt. Steuch. lib. 2 de donatione Conſtant. contra Vallā.

Legimus etiam apud Baronium diplomata donationis, vel cenſus Petri Regis Aragoniæ his verbis: [Cùm corde credam, & ore confitear, quòd Romanus Pontifex, qui eſt beati Petri Succeſſor, Vicarius ſit illius, per quem Reges regnant, & Principes principantur, qui dominatur in Regno hominum, & cui vult dat illud; Ego Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barchino-

Bar. tom. 11. ann. Domini 1097.

C nenſis, & Dominus Montis Peſſulani, cupiens principali poſt Deum, beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis protectione muniri; Tibi beatiſſime Pater, & Domine, Summe Pontifex Innocenti, & per te Sacroſanctæ Romanæ Apoſtolicæ Sedi offero Regnum meum, illudque Tibi, & Succeſſoribus tuis in perpetuum Diuini amoris intuitu, & pro remedio animæ meæ, & progenitorum meorum, conſtituo cenſuale, ut annuatim de Camera Regis ducentæ quinquaginta maſſemutinæ Apoſtolicæ Sedi reddantur: & Ego, & Succeſſores mei ſpecialiter, & fideles, & obnoxij teneamur &c.] Multa alia de pietate huius Regis dici poſſunt: ſed breuitatis cauſa ad ipſum Baronium referimus.

Baron. tom. 11. ad ann. 1097.

D Ita etiam cætera Hiſpaniæ Regna antiquitus pertinebant ad ius Eccleſiæ Romanæ. Hanc veraciſſimam hiſtoriam luce clarius legimus, atque latius apud Gregorium VII. Pontificem Maximū, quæ recitatur a Iacobo Gretſero ſupra adducto; vbi etiam legitur inſtrumentum donationis factæ de Ciuitate Tarraconenſi Romanæ Eccleſiæ a Berengario Comite Barchinonenſi, & Bulla Vrbani Papæ Secundi, vbi latius agitur de eadem vrbe Tarraconenſi.

Greg. 7. libr. 4. regiſtr. Epiſt. 28. Et regiſtr. Epiſt. 7. lib. 1. Greg. pp. VII cap. 15. & 10.

Apud Baronium etiam legimus, Regnum Daniæ eſſe feudum Romanæ Eccleſiæ, ex literis Alexandri Papæ Secundi, à Baronio

Baron. tom. 11. ad ann. 1062.

adductis, his verbis: [Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Suenoni Regi Danorum. (inter cætera) Quapropter prudentiam tuam admonemus, vt cenſum Regni tui, quem Prædeceſſores tui S. ApoſtolicæEccleſiæ perſoluere ſoliti ſunt, Nobis, & Succeſſoribus Noſtris tranſmittere ſtudeat. Ita tamen, vt non ſicut oblatio in Altari ponatur; ſed, vt ſupra diximus, tam Nobis, quàm Succeſſoribus Noſtris, vt certius approbetur, præſentialiter offeratur.] A

Vide Iacobum Gretſerum in ſuo commentariolo. Greg. VII. Epiſt. vlt. lib. 8.

Regnum Galliæ etiam fuiſſe Eccleſiæ Romanæ tributarium, luce clarius intelligitur ex Gregorio Papa Septimo, vbi Eccleſiæ Romanæ ſoluebat per totum Regnum vnaquæque domus ſaltem vnum denarium annuatim. Hanc Gregorij Epiſtolam adducit Iacobus Gretſerus in ſuo Commentariolo ſupra alleg. cap. 19. B

Legimus etiam apud Iacobum Gretſerum ſuperius ſæpè adductũ, Saxoniam fuiſſe feudum Romanæ Eccleſiæ: qui contra Hæreticos oſtendit hanc veraciſſimã hiſtoriã cum authenticis, & approbatis ſcripturis & nõnullis alijs optimis, atque ſtabilibus fundamentis.

Libr. quinto regſtr. Greg VII. Epiſt. 4. anno ſalutis 1077. & Epiſt. 2. in eodem libr. 5.

Corſicam Inſulam non eſt dubium, fuiſſe feudum ſancti Petri, & Romanæ Eccleſiæ. Gregorius Papa Septimus teſtis eſt in epiſtola quarta libr. 5. ipſius regiſtr. Has Epiſtolas Iacobus Gretſerus adducit in dicto ſuo Commentariolo cap. 21.

Bar. tom. 12. ann. 1144.

Innocentius pp. III. Epiſt. 100. lib. 1. epiſt.

Apud Baronium habemus Luſitaniæ Regnum olim fuiſſe Eccleſiæ Romanæ feudum, his verbis: [Huius Pontificis tempore Alphonſus Portugalliæ Dux, pietatis ergo, ſuum Ducatum conſtituit Romanæ Eccleſiæ vectigalem annuo cenſu vnciarum auri quatuor. Teſtatur id Innocentius Papa III. Epiſt. centeſima libri primi epiſt.] Et infra legimus: [Hoc eodem anno Alphonſum Primum Ducem Portugalliæ ab Alexandro Papa titulum Regis accepiſſe ob res aduerſus Arabes præclarè geſtas: quæ cuncta accepta ferens Diuinæ gratiæ, gratus Deo ipſe obtulit Regnum illud ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſub cuius iugiter protectione conſiſteret, perſoluturus annis ſingulis loco cenſus duas auri marchas.] Hæc hiſtoria latè, & copioſè non ſolum à Baronio loco citato, ſed etiam à Iacobo Gretſero legitur, ad quos nos referimus. Videri poſſunt etiam Epiſtolæ Innocentij Tertij typis excuſæ, nempè epiſt. 144. & 151. & 152. C D

Greſſerius cap. 22.

Tom. 11. ad ann. Domini 1068.

Apud Baronium legimus, Regem Angliæ fuiſſe tributarium Sanctæ Sedis Apoſtolicæ: & hoc manifeſtum euadit ex Alexandri Papæ Secundi litteris, quarum partem apud ipſum Baronium legimus, vt dictum eſt. Legitur etiam apud Petrum Bleſſenſem epiſtol. 136. vbi Henricus Secundus Rex Angliæ ſcribit ad Alexandrum Tertium Pontificem Maximum; & pariter epiſtola Alexandri II. Papæ ad Gulielmum Anglorum Regem, per Baronium

addu-

A adducta. Iacobus autem Gretſerus, dum de hac materia agit, hanc hiſtoriam oſtendit his verbis: [Henricus II. Rex Angliæ contra ſanctum Thomam Cantuarienſem, & Alexandrum Tertium irritatus hanc legem, reuera exlegem, tulerat anno 1164. vt denarij beati Petri non reddantur amplius Apoſtolico, ſed diligentius colligantur, & ſeruentur in Theſauro Regis, & expendantur ad eius præceptum. Et cùm duo Priores Ciſtercienſes, quibus exactio, & collectio huius denarij commiſſa fuerat, ne hiſcere quidem contra Regem auderent; exſurrexit Petrus Bleſſenſis, & ſancti Petri cauſam egit, nec infeliciter, vt ipſe teſtatur in tractatu contra deprauatorem ſuorum operum.] Vide etiam Baronium

B loco citato. Hanc hiſtoriam etiam fuſius legimus apud Malmeſburgenſem lib. 2. a Iacobo Gretſero ibidem adductum.

Regnum Hyberniæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tributarium olim fuiſſe, habemus non ſolum ex Baronio, verum etiam ex epiſtola Hadriani Papæ IIII. ad Henricum Secundum Anglorum Regem, & apud Iacobum Gretſerum fuſius pertractatur hæc materia, & eruditè contra Hæreticos in præcitato ſuo Cõmentariolo. (Tom. 12 ann. 1164.)

Regna Angliæ, & Hyberniæ Sedi Apoſtolicæ non tantùm tributaria facta ſunt, ob denarium S. Petri, ſed & feudataria a Ioanne Angliæ, & Hyberniæ Rege, legimus ex ſanctione Ioannis Regis promulgata ann. Domini 1213. à Iacobo Gretſero relata cap. 25. (Baron. tom 12. ann. 1159. Vide Iacobum Gretſerum c. 24.)

C Item huius Donationis meminit quoque Innocentius Tertius Papa in literis ad vniuerſos Chriſtifideles, & Matthæus Pariſienſis in hiſtor. Anglic. in Rege Ioanne. Vbi iſta Pontifex: [Regnum ſuum tam Angliæ, quàm Hyberniæ, beato Petro, & Eccleſiæ Romanæ conceſſit, recipiens illud à nobis in feudum ſub annuo cenſu mille marcharum, fidelitatis nobis inde præſtito iuramento; ſicut per priuilegium eius apparet, aurea Bulla munitum &c.] (Vide etiam Polidorum lib. 13. hiſtor. Anglic. de Henrico II. Angliæ Rege qui partem Hyberniæ occuparat.)

De Regno Scotiæ hæc habet Gretſerus: [Hoc Regnum ad ius beati Petri pertinuiſſe, manifeſtum fit ex diſceptatione Bonifacij Octaui cum Eduardo Primo Rege Angliæ, qui cùm Scotiæ Regnum armis ſuum ad Imperium adiunxiſſet, reprehenſus eſt à

D Pontifice, quòd ſancti Petri ius violare non timuiſſet. Reclamarunt quidem fortiter Angli, ſibique ius in Scotiam competere ſcriptis ad Pontificem literis conati ſunt oſtendere: ſed Bonifacius id quod affirmauerat, proculdubio non ſine idoneis argumentis affirmauerat.] (Vide etiam lib. 1. regiſt. 7. Greg. VII.) (Gretſer. vbi ſupra cap. 26.)

De Regno Poloniæ ſancti Petri, & Sedis Apoſtolicæ tributario, conſtat luce clarius apud Ditmarum lib. ſexto: & Baronius fuſius adnotauit hanc hiſtoriam maxima cum eruditione, vti etiam Iacobus Gretſerus cap. 27.

Regnum Vngariæ tributarium ſancti Petri, & Sedis Apoſtolicæ, conſtat apud Surium tomo quarto, in vita ſancti Stephani Regis Vngariæ ſcripta à Cartaitio Epiſcopo, in vita ipſius ſancti Stephani, qui à Silueſtro Papa Secundo Vngarorum Duci coronam Regiam miſſam, teſtatur, atque adeo Ducatum illum ad Regni ſublimitatem euectum fuiſſe anno Domini 1000. Confirmatur etiam hæc veriſſima hiſtoria ex epiſtola Gregorij Septimi lib. 2. ad Salomonem Regem Vngariæ, à Iacobo Gretſero adducta in dicto ſuo Commentariolo contra hæreticos cap. 28. qui optimè & ſumma cum eruditione ſcripſit. A

In Bauaria habuiſſe bona quædam vectigalia Apoſtolorum Principem beatum Petrum, luce clarius intelligitur ex Ioannis Papæ Octaui Epiſtola 63. ad Carolomannum Ludouici Germaniæ Regis filium: Vbi ad finem iſta leguntur: [Pallium verò veſtra petitione inclinati, Theomaro Archiepiſcopo (Salisburgenſi) conſuetudinaliter dirigentes optamus, vt hoc decore interius fulgeat in oculis interni iudicis; quo nitet exterius humanis obtutibus; cuique quæſo committite ea, quæ apud Bagoariam beatus Petrus Apoſtolus habet, vti nobis annualiter redditus eius Romam tranſmittat.] Hæc omnia adnotauit Iacobus Gretſerus, vbi etiam adiunxit his verbis: [Et epiſt. 64. ad ipſum Theomarum: Inter hæc, ea, quæ B. Petrus Apoſtolus apud Bagoariorum terram iure proprietatis poſſidet, tuæ induſtriæ ſagacitatique committimus, quatenus amodo, & deinceps annuos eorum redditus Romam ſine mora tranſmittas. Datum menſe Nouem. indict. ij.] B C

Leo Oſtienſis annotauit diem, & annum iuramenti fidelitatis facti à Ruberto Duce Apuliæ, Calabriæ, & vtroque ſubueniente, futuro Siciliæ &c.

Hiſt. vel Chronico. Caſſinen. lib. 3. cap. 15. ad ann. 1059. In vita Nicolai II. tom. 11. ad an. 1080 Vide Baron. ad ann. 1038. tom 11.

Pergit etiam Gretſerus his verbis: [Similiter iuramentis obſtrinxit ſe Rubertus Gregorio Septimo, vt videre licet apud Cardinalem Baronium anno Chriſti 1080. Cœpta eſt autem Sicilia à Saracenorum tyrannide liberari anno Redemptoris 1038. Poſtea anno 1130. data eſt Sicilia Rogerio in feudum titulo Regio ab Anacleto ſchiſmatico Antipapa. Sed anno 1139. Rogerius a legitimo Pontifice Innocentio Secundo Rex Siciliæ declaratus eſt, accepto in feudum Siciliæ Regno, Ducatu Apuliæ, & Principatu Capuæ. Extat apud Baronium anno 1139. diploma inueſtituræ; in quo, inter alia, hæc: Innocentius Pontifex. Nos ergo eius (Honorij) veſtigijs inherentes, & de potentia tua ad decorem, & vtilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, &c.] D

De Iuramento fidelitatis, quod fecit Richardus Princeps ſuper Principatum Capuæ Domino ſuo Gregorio Septimo, vide Iacobum

bum

A buum Gretſerum, qui optimè ſcripſit, ſic etiam de penſione terræ ſancti Petri, ita etiam de Regno Sardiniæ, apud ipſum authorem ſuperius adductum, qui citat epiſtolam decimam ad Orzoccum Iudicem Calaritanum lib. 8. regiſtr. Gregorij Septimi, in dicto ſuo Commentariolo contra hæreticos. Cap 33. lib 8. regiſt. Epiſt. Gregorij. VII

Idem Gretſerus ſcribit Epiſcopatum Bambergenſem fuiſſe ſub dominio ſancti Petri, [Hunc totum (inquit) ſancto Petro obtulit ſanctus Henricus Imperator, vt manifeſtum fit ex vita eiuſdem Imperatoris. Et in recognitionem huius rei debuit Epiſcopus Bambergenſis quotannis equum album cum ſella Romano Pontifici conſentanea offerre. Fuldenſis quoque Abbatia, & alia
B nonnulla Germaniæ cœnobia ad ſanctum Petrum olim ſpectarunt. Quamuis poſtea Leo Nonus permutationem cum Henrico Secundo Imperatore fecerit; & alia eorum loco, in Italia acceperit.] Hæc Iacobus Gretſerus: de qua re Hermannus in Chronico anno 1053. Et Leo Oſtienſ. hac ratione aſſerit perueniſſe ad Sedem Apoſtolicam Beneuentum &c.

Scribit etiam non ſine authoritate, & ratione, idem Gretſerus, Regna Sueciæ, & Nortuuegiæ fuiſſe olim Eccleſiæ Romanæ vectigalia, his verbis. [Auguſtinus Steuchus lib. 2. de Donatione Conſtantini: Suecia quoque & Noruegia, vt ſubiectæ, ſoluunt Romanæ Eccleſiæ vectigal; quodque in antiquis Summorum Pontifi-
C cum monumentis, & in antiqua Bibliotheca Lateranenſi conſpicitur. Omnes enim domus Sueciæ ſoluunt cenſum Apoſtolicæ Sedi ſingulos denarios.] Et de hoc argumento iſta breuiter indicaſſe ſufficiat.

ADNOTATIO II.

Romanus Canonicus ſancti Petri Baſilicæ, magna cum admiratione breuiter agit de munificentia, atque pietate Caroli inuictiſſimi Regis Francorum, & Romanorum Imperatoris, in Sedem Apoſtolicam. Quod certè admiratione dignum negari non poteſt. Sed meminit Donationis beato Petro, eiuſque Succeſſoribus per Capellanum, & Notarium ſuum Etherium religioſum, &
D prudentem virum, variarum Ciuitatum, & Prouinciarum Eccleſiæ Romanæ a Carolo Imperatore factæ: & tamen nullum de Pipino Chriſtianiſſimo Francorum Rege verbum fecit, à quo prius Donatio earundem Ciuitatum, & Prouinciarum Eccleſiæ Romanæ facta fuit, ſicut Anaſtaſius in vita Stephani III. aſſerit.

Quod magis, atque magis dignum exiſtimamus, eſt aduentus ipſius Chriſtianiſſimi Francorum Regis in Vrbem, vbi ſumma cum pietate atque religione apud Anaſtaſium legimus, omnes gradus beati Petri Baſilicæ oſculatum eſſe. Hæc ſunt verba

Anaſtaſij. [Et dum appropinquaſſet ferè vnius millıario à Romana Vrbe, direxit vniuerſas ſcholas militiæ, vnà cum patronis, ſimulque & pueris, qui ad diſcendas litteras pergebant, deportantes omnes ramos palmarum, & oliuarum, laudeſque omnes canentes cum acclamationum earundem laudum vocibus ipſum Francorum ſuſceperunt Regem, obuiam illi eius Sanctitas dirigens venerandas Cruces, id eſt ſigna, ſicut mos eſt ad Exarchum, aut Patricium ſuſcipiendum, eum cum ingenti honore ſuſcipi fecit. Ipſe verò à Deo inſtitutus benigniſſimus Carolus Magnus Francorum Rex & Patritius Romanorum, qua hora eaſdem ſacratiſſimas Cruces, ac ſigna ſibi obuiam adueniſſe conſpexit, deſcendens de equo, quo ſedebat, ita cum ſuis Iudicibus ad beatum Petrum pedeſter properare ſtuduit. Quod quidem cum almificus antedictus Pontifex diluculo ſurgens, in eodem ſabbato ſancto cum vniuerſo clero & Populo Romano ad beatum Petrum properauit ad ſuſcipiendum eundem Francorum Regem, & in gradibus ipſius Apoſtolicæ Aulæ eũ in Clero ſuo præſtolatus eſt. A B

Coniungente verò eodem Excellentiſſimo, & Benigniſſimo Carolo Rege, omnes gradus ſigillatim eiuſdem ſacratiſſimæ beati Petri Eccleſiæ deoſculatus eſt, & ita vſque ad prænominatum peruenit Pontificem, vbi in atrio ſuper gradus iuxta fores Eccleſiæ aſſiſtebat. Eoque ſuſcepto mutuo ſe amplectentes, tenuit idem Chriſtianiſſimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis. Et ita in eandem Venerandam Aulam beati Petri Principis Apoſtolorum ingreſſi ſunt, laudem Deo, & eius Excellentiæ decantantes vniuerſus Clerus, & cuncti Religioſi Dei famuli extenſa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c. Sicque cum eodem Pontifice ipſe Francorum Rex, ſimulque & omnes Epiſcopi, Abbates, & Iudices, & Vniuerſi Franci, qui cum eo aduenerant, ad Confeſſionem beati Petri appropinquantes, ſeſeque proni ibidem proſternentes, Deo noſtro Omnipotenti, & eidem Apoſtolorum Principi propria reddiderunt vota, glorificantes Diuinam potentiam, in eo quod talem per interuentionum ſuffragia eiuſdem Principis Apoſtolorum concedere iuſſit victoriam. Expleta verò eadem oratione, obnixe deprecatus iſdem Rex antedictum almificum Pontificem, illi licentiam tribui Romam ingrediendi ad ſua orationum vota per diuerſas Dei Eccleſias perſoluenda. Et deſcendentes pariter ad Corpus beati Petri, tàm ipſe ſanctiſſimus Papa, quamque anteſatus Excellentisſimus Francorum Rex, cum Iudicibus Romanorum, & Francorum, ſeſeque mutuo per Sacramentum munientes, ingreſſus eſt Romam continuò cum eodem Pontifice C D

ipſe

A ipſe Francorum Rex, cum ſuis iudicibus & Populo, in eodem Sabbato ſancto.] Hæc Anaſtaſius. Quæ omnia ab ipſo annotata pertinent non ſolum ad venerationem ſummamque deuotionem Principis Apoſtolorum S. Petri Baſilicæ, verùm etiam ad ſanctæ Sedis Apoſtolicæ atque Eccleſiæ Romanæ pietatem & honorem.

Nouiſſimè Siſto Quarto ſedente, Catharina Regina Boſinæ reliquit Eccleſiæ Romanæ Regnum ſuum, vt conſtat per teſtamentum ab ea factum, quod conſeruatur in Arce Sancti Angeli. Hanc hiſtoriam ſcripſit Iacobus Amannatus Lucenſis. Vide etiam epiſtolam penultimam Cardinalis Papienſis, dum ſcripſit ad Cardinalem Mantuanum anno 1478. menſe Decembris. Vide etiam
B ſacram hiſtoriam Titulorum Eminentiſs. Cardinalium tomo 3. parte ſecunda, lib. 14. cap. 2.

De feſtiuitatibus, in quibus Dominus Papa debet coronari. LII.

HÆ ſunt feſtiuitates, in quibus Dominus Papa debet coronari In feſto, videlicet, Sanctorum Quatuor Coronatorum. In feſtiuitate ſancti Martini Papæ, vbi dicitur In Titulo Equitij. In feſto ſancti Clementis. In Dominica de Aduentu, ad ſanctam MARIAM in Præſepe: In Dominica de Ieruſalem, ad
C ſanctam Crucem. In Dominica de Gaudete, ad ſanctum Petrum. In Natiuitate Domini. In feſto ſancti Stephani. In Epiphania Domini, ad ſanctum Petrum. In Dominica Lætare Ieruſalem. In Paſcha. In ſecunda feria poſt Paſcha, ad ſanctum Petrum. Nota quia ſemper cùm Dominus Papa coronatur ad ſanctum Petrum, accipiunt Canonici pro Presbyterio octo ſolidos Lucenſes, & decem ſolidos pro veſtiario. In Dominica Ego ſum Paſtor bonus. In Aſcenſione Domini. In Pentecoſte. In feſtiuitate ſancti Petri. In feſtiuitate ſancti Silueſtri. In ſuo anniuerſario.

ADNOTATIO.

D Hę Feſtiuitates, de quibus Romanus loquitur, antiquitus obſeruabantur: hodie autem ad hanc Rubricam, vel ceremoniam non attenditur. Tunc enim Pontifex Romanus coronabatur, ſicuti ipſe Romanus ait, non ſemper in Baſilica ſancti Petri, ſed etiam in alijs ad Pontificis nutum. Noſtra vero ætate ſemper Summus Pontifex poſt ſuam creationem, ad Lateranenſem Baſilicam, non ſine ſolemnitate à Palatio Vaticano (vbi ſemper Summus Pontifex creatur) accedit, & ibi ſui Epiſcopatus poſſeſſionem capit, vt communiter dicitur.

LIII. De nocturnis Stationibus. A

HÆ ſunt nocturnales ſtationes S. Petri: Dominica de Gaudete, Epiphania, Aſcenſio Domini, Pentecoſtes, feſtiuitas S. Petri, & octaua eius, feſtiuitas S. Andreæ. In vnaquaque iſtarum Stationum ſcholæ Palatij, Cardinales ſcilicet Presbyteri, Diaconi Cardinales, Subdiaconi, Cantores, Regionarij, Acoliti, debent habere quinque ſolidos denariorum Papienſium de Altare beati Petri pro cenatica. Archidiaconus debet accipere decem & octo denarios Papienſes pro his qui cantant reſponſoria: qui etiam denarij per manus ſuas expenduntur his qui incipiunt reſponſoria. Si verò curiales non interfuerint officijs, Canonici Eccleſiæ habent B prædictos denarios, quoniam ipſi faciunt officium: & ad Miſſam, medietatem Altaris prædictæ ſcholæ habent inter ſe, & Capellanos Domini Papæ, vſque ad finem Miſſæ. Canonici vero B. Petri duodecim ſolidos accipiebant antiquitus: ſed modo habent ſex ſolidos Lucenſes per ſtationem. Si verò abſens fuerit Dominus Pontifex, & venerit Cardinalis ſolus cantare Miſſam, in quacumque ſtatione totam medietatem Altaris prædictæ ſcholæ habent; Cardinalis verò qui cantat Miſſam, habet tertiam partem oblationis. Sed ſi habet aliquem ſocium Cardinalem, non fit ita, ſed oblatio ſicut mos eſt, communiter diuidatur per ſcolas.

ADNOTATIO. C

Romanus huius Baſilicæ Canonicus hìc locutus eſt de nocturnis ſtationibus S. Petri Baſilicæ; de quibus vide Rituale, & Ceremoniale huius Baſilicæ, illius temporibus, quoniam hodie non obſeruantur. De ſtationibus autem nocturnalibus ab Anaſtaſio Bibliothecario, ſicut à Pompeo Vgonio dictum eſt.

LIV. De Diurnis Stationibus ſancti Petri.

HÆ ſunt ſancti Petri Diurnæ Stationes. In omnibus Sabbatis Quatuor Temporum: in Dominica de Quinquageſima: Dominica de Paſsione: feria ſecunda poſt Paſcha: Dominica, Ego ſum D Paſtor bonus: in litanijs maioribus. Nota quod in hac ſtatione habent Canonici pro Presbyterio octo ſolidos Lucenſes, & decem ſolidos pro veſtiario: in Dedicatione Baſilicarum Petri, & Pauli, in Cathedra: in vnaquaq; harum ſtationum accipiunt ſcolæ quinque ſolidos denariorum Papienſium, & oblationem: ſed Dominus Pontifex accipit per Camerarium ſuum viginti ſolidos denar. Papienſium: in nocturnis ſtationibus quando accenduntur retia, & in diurnis, quando accenduntur, quatuor.

A Beatæ quoque recordationis Domnus Calliſtus Papa II. quoniam decorem domus Domini ſicut Propheta, plurimum dilexit, Altare B. Petri, quod nimia vetuſtate, & lapidum percuſſionibus, quodammodo violatum videbatur, optimis marmoribus veſtiuit, & decorauit. Et in feſto Annunciationis B. MARIÆ cum toto Concilio lapidem Altaris ſatis honorifice, & deuotè conſecrauit. In qua videlicet conſecratione prædictus Domnus Papa Calliſtus, ſicut inuenimus in libris noſtris ſcriptum, & à maioribus noſtris accepimus, fecit remiſſionem ad eam deuotè venientibus trium annorum annualiter, & cancellis ferreis vt apparet prædictum ſacroſanctum Altare circumſepſit. Candelabra quoque argentea
B magna ad ornatum eius ante Altare poſuit; cortinis optimis, & magnis Eccleſiam adornauit.

Innocentius Papa Secundus ad ornatum Altaris B. Petri fecit fieri magnam Crucem argenteam penſantem centum libras, & deauratam poſuit iuxta Altare B. Petri manu dextera. Renouauit & Crucem ſtationalem, quæ vadit per ſtationes, & beati Petri Altare optimis & deauratis veſtibus veſtiuit. Porticum quoque beati Petri vſque ad ſanctam Mariam in Traſpadinam, nouis trabibus reſtaurauit, & ex magna parte nouis & optimis tegulis cooperuit. Condidit quoque Priuilegium, in quo conceſſit Canonicis Baſilicæ B. Petri medietatem omnium miniſteriorum omnium
C Altarium, quæ ſunt in Eccleſia B. Petri, & S. Mariæ in Turri, præter Altare S. Leonis IX. Papæ.

ADNOTATIO.

De Diurnis Stationibus huius Baſilicæ Presbyter Romanus locutus eſt, de quibus Honufrius Panuinus ſcripſit pereruditè; ad quem Lectorem remittimus.

Quo tempore Corpora Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli à Græcis de ſepulturis
D ſuisfurata ſint, & vbi ſepulta. LV.

ELapſis à Paſſione Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ducentis ferè & quinquaginta annis, dum à Græcis Corpora eorum de ſepulturis ſuis ad Orientem ferenda tollerentur; videlicet corpus B. Petri, de Vaticano Naumachiæ; & Corpus B. Pauli, de orto Lucinę, vbi nunc eſt fabricata eius Eccleſia: extitit terremotus nimius, & cucurrit Populus Romanus, & comprehenderunt eos in locum, qui dicitur Catacumba, via Appia, milliatio tertio ab

Vrbe Roma: & ibi cuſtodita ſunt Corpora anno vno, & menſibus ſeptem, quouſque fabricauerunt loca, in quibus poſita fuerãt Corpora eorum; & illuc reuocata ſunt cum gloria Hymnorum. Corpus ſcilicet B. Petri per Papam Cornelium, & portatum in Vaticano Naumachiæ: beati verò Pauli per Lucinam Chriſti famulam ſecundo ab Vrbe milliario in proprio eiuſdem Lucinæ prædio in Via Oſtienſi. Dehinc decurſis, vt diximus, ducentis ferè & quinquaginta annis, cum Diuina clementia Dei, Eccleſiæ ſuæ pacem condonare decreuiſſet, Cõſtantinum Auguſtum miſericors Deus prouidentia ſua lepra percuſsit. Hic itaque Auguſtus, cum per reuelationem commonitus Silueſtrũ Papã à monte Soracte aſciuiſſet, atque per eius prædicationem credens in Chriſto, baptiſmatis vnda perſuſus eſſet; continuo ab eius corpore vniuerſus languor fugatus eſt. Moxque per vniuerſum Orbem templa Paganorum claudi imperans, Chriſtianis copiam Diuina conſtruendi domicilia conceſſit. Tunc cum ipſe per loca ſingula plurima Chriſto ſacraria conſtruxiſſet, Romæ Templum Apollinis, quod Vaticanum appellabatur, in diuinum verſum Oraculum, B. Petri nomine dedicauit; ibique eius ſanctiſſimum corpus ſumma cum exultatione locauit. Ac ne vnquàm à quolibet, tam pretioſus inde theſaurus poſſit auferri, circa loculum ipſum, quo beatum Corpus continetur, tantum æris ciprique liquorem præcepit effundi, vt ex omni vndique latere, & tam ſupra quam ſubter, ad quinque pedum craſſitudinem, vaſtam molem efficeret; quæ non ſolum minime reſcindi, ſed nec de loco vllo modo moueri poſſit. Super æs ipſum autem poſuit Crucem ex auro puriſſimo centum quinquaginta librarum. Pari etiam modo Beatiſſimi quoque Pauli Corpus venerabile in Baſilica, quam ipſe eius in honorem conſtruxerat, ſepeliuit. Ad quorum ſacra veſtigia dum de toto vndique mundo fideles concurrunt, effectum; Præſtante Domino noſtro IESV CHRISTO; qui cum Deo Patre, & Spiritu Sancto viuit & regnãt in ſæcula ſæculorum. Amen.

ADNOTATIO.

Maxima difficultas vertit inter ſcriptores circa hanc hiſtoriam, & præcipuè circa tempus, quando Corpora SS. Apoſtolorum Petri & Pauli translata de eorum ſepulchris fuerunt, tam in Vaticano S. Petri, quàm in Prædio Lucinæ via Oſtienſi ad Catacumbas, vbi Honufrius per triginta annos affirmat permanſiſſe: & Romanus noſter vult non amplius quam per annum & menſes ſeptem: qua de cauſa à Vaticano ſepulchro, & Prædio Lucinæ ad Catacumbas

De 7. Vrbis Eccleſ. pag. 34.

cumbas

A cumbas mutata fuerunt. Super quo Pompeius Vgonius longiſſimam quæſtionem orſus fuit, qui nonnullas rationes attulit, ex auctoritate etiam Martini Poloni, & Bernardi Vidoni ex Ordine Prædicatorum, qui vixerunt ſub Pontificatu Ioannis Papæ XXII. quos ipſe ſequutus eſt. Qui auctores aſſerunt, Cornelij tempeſtate à nonnullis Græcis Corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli ablata fuiſſe, ad Orientem tranſferre cupientibus. Vt animum eorum intenderunt dæmones, qui habitabant in ſtatuis Idolorum, per Diuinam ordinationem, atque prouidentiam, magna & altiſſima voce clamabant dicentes: Currite Romani, quia veſtros Deos velociter Græci deportant. Itaque fideles intendentes Corpora
B Apoſtolorum, & infideles, eorum Deorum; ſtatim atque ſimul vniti illuc ſe contulerunt, etiam ijdem Græci, qui portabant Corpora Apoſtolorum, videntes ſe cognitos, apud Catacumbas in via Appia trium milliar. ab Vrbe Roma, Sanctorum Apoſtolorum Corpora in puteo reiecerunt; ex quo loco poſtea à B. Cornelio Papa translata fuerunt. At maxima tunc dubitatio accidit, quod Corpus fuiſſet Principis Apoſtolorum Petri, quod etiam Doctoris Gentium S. Pauli. Quibus omnibus orantibus ſumma cum deuotione, & clamatione, atque ieiunijs, diuiniter reuelata fuere hæc verba: MAIORA OSSA SVNT PRÆDICATORIS, MINORA VERO PISCATORIS. Hanc hiſtoriam deſcriptam vidimus in pa-
C riete porticus veteris Baſilicæ S. Petri, quæ verſus Pineæ atrium exiſtebat. Neque eſt diſſimilis ab illa ſuperiùs à Romano deſcripta. Ego vero huic ſententiæ ſubſcribo eò magis, quò Gregorius Magnus ſcribens Conſtantiæ Auguſtæ de Miraculis Apoſtolorum Petri, & Pauli, & de Monachis Græcis, hæc ait:

[De Corporibus verò Sanctorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum, dum conſtet quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum Corpora ſicut Ciuium ſuorum repeterent? Quæ ducta vſque ad ſecundum Vrbis milliarium, in loco, qui dicitur ad Catacumbas, collocata ſunt. Sed dum ea exinde leuare omnis eorum multitudo conueniens niteretur, ita eos vis to-
D nitrui, atque fulgoris nimio metu terruit atque diſperſit, vt talia denuo nullatenus attentare præſumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum Corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, leuauerunt, & in locis quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.] Hæc Gregorius. Verùm Panuinum audiamus, ita loquentem: [Vetuſtiſſimam ſancti Petri Memoriam (vt eam Damaſus vocat) ſiue Martyrium, vel Confeſſionem, (vt eam S. R. E. Protonotarij, qui Græcè, Latinèque res geſtas Martyrum ſcripſerunt, appellant) deſtruxiſſe videtur nefarium naturæ monſtrum Heliogabalus

balus Imperator: quum, vt Lampridius tradit, ſepulchra Vaticana, quò Elphantorum quatuor quadrigas laxiùs, & commodiùs agitaret, quæ obſiſtebant, diſieciſſet. Quo tempore ſanctus Caliſtus Papa, qui beato Zephyrino ſucceſſit, Corpus Apoſtoli Petri ex Cœmeterio Vaticano diruto, ad Catacumbas iuxta Cœmeterium ad ſecundum ab Vrbe via Appia lapidem extructum, cum Corpore ſancti Pauli tranſtulit: vbi ſub Altari marmoreo, quod adhuc extat, vſque ad Cornelij Papæ Pontificatum per annos circiter triginta iacuerunt, ſub Romanis Pontificibus Caliſto ipſo, Vrbano, Pontiano, Antero, Fabiano, & Cornelio. Nam Damaſus auctor eſt, ſanctum Cornelium Papam Lucinæ Matronæ Romanæ rogatu Corpora Apoſtolorum Petri & Pauli à Catacumbis noctu ſubſtuliſſè, & prioribus ſuis locis relocaſſe. Primùm quidem, Corpus beati Pauli, beata Lucina poſuit in prædio ſuo via Oſtienſi, iuxta locum vbi decollatus fuerat: ſancti verò Petri Corpus accepit beatus Cornelius Epiſcopus, & poſuit iuxta locum, vbi crucifixus eſt, inter corpora Sanctorum Epiſcoporum in Vaticano.] Hanc hiſtoriam ſuperiùs tetigimus in prima adnotatione fol. 2. & 3. vbi cum Romano egimus de translatione ſanctorum Apoſtolorum Corporum à Catacumbis ad eorum Baſilicas, à ſancto Cornelio Papa facta. Et hæc ſatis de hac hiſtoria, & de veteris Baſilicæ Vaticanæ deſcriptione.

A B C D

FINIS.

APPEN-

APPENDIX SIVE TEMPLI NOVI VATICANI

Breuis Deſcriptio.

NOn eſt dubium, Sacroſanctam Principis Apoſtolorum Petri Baſilicam fuiſſe magnificè à Conſtantino Auguſto Imperatore Chriſtianiſſimo primùm extructam prope Templum Apollinis in Vaticano, ſedente tum in Diui Petri Cathedra S. Syluestro Papa; poſtea verò etiam ſplendidè fuiſſe ornatam, multiſque donarijs auri argentique auctam, ab eodemque S. Syluestro conſecratam. Labente porrò circiter mille ducentorum annorum ſpacio, Iulius Secundus, tunc temporis Romanæ Sedis Antiſtes, eandem Baſilicam ruinæ proximam, ex parte demolitus, ad nouam delineationem Bramante Architecto celeberrimo vſus, in formam Templi cœpit ædificare. Quod poſtea nonnulli Succeſſores, pari pietate inſiſtentes, varia elegantia ornare perrexerunt: præcipuè verò Leo Decimus, Clemens Septimus, Paulus Tertius; & temporibus noſtris Gregorius Decimuſtertius adiecit nobiliſsimi operis Sacellum, Beatiſſimæ Virgini, & D. Gregorio Nazianzeno dicatum; cuius Corpus ſub maiori eiuſdem Sacelli altari conditum, piorum cultui patet. Gregorium ſecutus Sixtus Quintus, Templum ipſum adhuc patens pariete clauſit. Clemens deinde Octauus alterum Sacellum paris ſplendoris extruxit & ornauit; necnon totum Templum nobili pauimento ſtrauit. Poſt hunc Paulus Quintus reliquum veteris Baſilicæ demolitus, iuxta formam Templi incœpti Michaëlis Angeli Bonarotæ celeberrimi Architecti opere & ingenio, perfecit. Denique Vrbanus Octauus Templum exteriùs perfectum, intus vbique magnificè ornauit; & præcipue Aram D. Petri Apoſtolorum Principis (cuius Iconem ad viuum expreſſam ad calcem libri inſeruimus) nobiliſſimo raræ artis Ciborio ad ſtuporem mortalium addito decorauit; ac demum Templũ ipſum ſplendidiſſimo ſacrorum apparatu nouis encenijs initiauit. Hæc breuiter deſcripſimus vnà cum recenti veſtigio à Paulo V. deſignato, & omnibus ſacellis atque ædibus, cum ſacroſanctis Reliquijs ſuis in locis reconditis.

Vide Baron. tom. 3. ann. 324. Panuin. de 7 Vrbis. Eccleſ. cap. 4.

Scripſerunt de hac Baſilica inter cæteros, ſumma cum eruditione, poſt Panuinium, & Baronium, Pompeius Vgonius, nouiſſimèque Ioannes Seueranus in ſuis Memorijs ſacris ſeptem Vrbis Eccleſiarum. Mitto Ciaconium in Vita Iulij Secundi, qui de hac Baſilica verbo meminit: [Ædem, nimirùm, Principis Apoſtolorum in Vaticano vetuſtate & ſitu ſqualentem à fundamentis reſtituit Iulius Secundus Pontifex Maximus anno MDVI.]

Vgon. ſtat. xj.

Verùm his breuiter enarratis, ad Inſcriptiones primùm huius Templi; deinde ad exactiorem Ichnographiæ declarationem, deueniamus.

Inſcriptiones noui Templi Vaticani.

In Frontiſpitio igitur Templi, huiuſmodi viſitur Titulus.

IN HONOREM PRINCIPIS APOSTOLORVM PAVLVS V. BVRGHESIVS ROMANVS PONT. MAX. ANNO DOMINI MDCXII. PONTIFICATVS SVI VII.

Interior verò eiuſdem Templi, ſupra valuas, Inſcriptio hæc eſt:

PAVLVS V. PONT. MAX. SACROSANCTAM B. PETRI PRINCIPIS APOSTOLORVM BASILICAM, QVAM IVLIVS SECVNDVS PONT. MAX. INCHOAVERAT, ALIIQVE PONTIFICES MAXX. PROSEQVVTI FVERANT, VT VNIVERSVM CONSTANTINIANÆ BASILICÆ AMBITVM RELIGIONE VENERABILEM INCLVDERET, QVORVM SACRARIVM AC PORTICVM BENEDICENDO POPVLO EXÆDIFICARET, GRANDI ACCESSIONE ADIVNCTA, OPVS AMPLISSIMVM AC MAGNIFICENTISSIMVM ABSOLVIT ANNO MDCXV. PONTIFICATVS X.

Ad Confeſsionale.

Prima.

SACRA B. PETRI CONFESSIO A PAVLO V. EIVS SERVO EXORNATA ANNO DOMINI MDCXV. PONTIF. XI.

Altera.

PAVLVS V. PONTIFEX MAX. VETERVM SCALARVM GRADIBVS AMOTIS, NOVÆ BASILICÆ RESTITVIT ANNO DOMINI MDCXVII.

Tertia:

PAVLVS V. PONT. MAX. SCALIS ANTIQVIS RESTITVTIS INSTAVRAVIT ANNO DOMINI MDCXVII.

Quarta.

PAVLVS V. PONT. MAX. ANNO XII.

Ad baſim marmoreæ ſancti Petri Statuæ.

PETRI COELI IANITORI.

Ad baſim ſancti Pauli Statuæ.

PAVLO VASI ELECTIONIS.

Introeūntibus ad ſiniſtram prope Sacellum Auguſtiſsimæ Euchariſtiæ, Mathildis Comitiſſæ memoria cum eiuſdem effigie his celebratur.

VRBANVS VIII. PONT. MAX. COMITISSÆ MATHILDI, VIRILIS ANIMI FOEMINÆ, SEDIS APOSTOLICÆ PROPVGNATRICI, PIETATE INSIGNI, LIBERALITATE CELEBERRIMÆ, HVC EX MANTVANO SANCTI BENEDICTI COENOBIO TRANSLATIS OSSIBVS, GRATVS ÆTERNÆ LAVDIS PROMERITVM MONVMENTVM POSVIT ANNO MDCXXXV.

Supra Valuarum mediam, interiùs.

PAVLVS V. PONT. MAX. VATICANVM TEMPLVM Ā IVLIO II. INCHOATVM, ET VSQVE AD GREGORII ET CLEMENTIS SACELLA ASSIDVO CENTVM ANNORVM OPIFICIO PRODVCTVM TANTÆ MOLIS ACCESSIONE VNIVERSVM CONSTANTINIANÆ BASILICÆ AMBITVM INCLVDENS CONFECIT, CONFESSIONEM B.PETRI EXORNAVIT, FRONTEM ORIENTALEM ET PORTICVM EXTRVXIT.

Super dextram ex Valuis.

VRBANVS OCTAVVS PONT. MAX. VATICANAM BASILICAM A CONSTANTINO MAGNO EXTRVCTAM, A B. SYLVESTRO DEO DICATAM, IN AMPLISSIMI TEMPLI FORMAM RELIGIOSA MVLTORVM PONTIFICVM MAGNIFICENTIA REDACTAM, SOLEMNI RITV CONSECRAVIT, SEPVLCHRVM APOSTOLICVM ÆREA MOLE DECORAVIT, ODEVM, ARAS, ET SACELLA STATVIT, AC MVLTIPLICIBVS OPERIBVS ORNAVIT.

Ad quatuor medij fornicis maximi, qui Altare maius, & magnam Templi partem tegit, angulos, Sanctorum Reliquias mira operis ſtructura continentes, vnà cum effigiebus eorundem in Statuam offormatis, hæ leguntur Inſcriptiones.

Ad S. Andreæ.

S. ANDREÆ CAPVT, QVOD PIVS II. EX ACHAIA IN VATICANVM ADSPORTANDVM CVRAVIT, VRBANVS OCTAVVS NOVIS HIC ORNAMENTIS DECORATVM, SACRISQVE STATVÆ AC SACELLI HONORIBVS COLI VOLVIT.

Ad S. Veronicæ.

SALVATORIS IMAGINEM, VERONICÆ SVDARIO EXCEPTAM, VT LOCI MAIESTAS DECENTER CVSTODIRET, VRBANVS OCTAVVS PONT. MAX. CONDITORIVM EXTRVXIT ET ORNAVIT ANNO IVBILEI MDCXXV.

Ad S. Helenæ Imperatricis.

PARTEM CRVCIS, QVAM HELENA IMPERATRIX E CALVARIO IN VRBEM VEXIT, VRBANVS VIII. PONT. MAX. E SESSORIANA BASILICA DESVMPTAM, ADDITIS ARA ET STATVA, HIC IN VATICANO COLLOCAVIT.

Ad S. Longini Martyris.

LONGINI LANCEAM, QVAM INNOCENTIVS VIII. PONT. MAX. A BAIAZETE TVRCARVM TYRANNO ACCEPIT, VRBANVS VIII. STATVA APPOSITA, ET SACELLO SVBSTRVCTO, IN EXORNATVM CONDITORIVM TRANSTVLIT.

EIVSDEM TEMPLI
Ichnographiæ declaratio.

Abſolutis Inſcriptionibus, ſubſequitur Templi noui Ichnographiæ æneis typis inciſæ declaratio, eiuſdem laminæ numeris correſpondens.

1 Solium Summi Pontificis.

2 Sepulchrum Pauli Tertij Pont. Max. à Fr. Gulielmo à Porta celeberrimo tunc temporis ſculptore, elaboratum.

3 Sepul-

VESTIGIVM DIVI PETRI IN VATICANO ADMIRABILIS TEMPLI

ET APPOSITORVM EDIFICIORVM EA FORMA IN QVA PAVLVS V. PONT. MAX. MVNIFICE EXTRVXIT

ATQVE AVXIT CVM OMNIBVS AB VRBANO VIII PONT MAX ADIECTIS

ORNAMENTIS



PLI

3 Sepulchrum Vrbani Octaui Pont. Max. Equitis Bernini opus inſigne.

4 Ianua cubiculorum pro huius fabricæ miniſtris.

5 Ianua minor, quæ olim ad S. Martham ducebat.

6 Altare priuilegiatum B. Virginis ad Columnam, vbi corpora SS. Leonis I. II. III. & IV. requieſcunt. Sanctos Doctores opere muſiuo Io. Baptiſtæ Calandræ elaboratos, in Thòli minoris triangulis, delinearunt Ioannes Lanfrancus, & Andreas Sacchus.

7 Altare Diui Petri cum eliſione ad terram Simonis Magi, opus Franciſci Vanni Pictoris Senenſis.

8 Altare SS. Apoſtolorum ad Confeſsionem.

9 Altare S. Veronicæ, miro artificio, candido marmore elaboratum; cuius Iconem pinxit Andreas Sacchus. Statuam verò Franciſcus Mochius Florentinus ſculpſit.

10 Sacellum D. Thomæ Apoſtoli, vbi requieſcit corpus S. Bonifacij Quarti, intra æreos cancellos, cum multis Sanctorum Reliquijs. S. Thomæ hiſtoria picta fuit à Dominico Paſſignano.

11 Altare priuilegiatum SS. Simonis & Iudæ, Auguſtini Ciampelli Florentini Pictoris opus, in quo item multorum Sanctorum corpora ſunt recondita.

12 Altare S. Martialis Epiſcopi & Confeſſoris, & S. Valeriæ Martyris caput manu geſtantis, vbi requieſcit corpus S. Leonis Noni. Opus picturæ Io. Antoni Spatarini Romani.

13 Sacrarij maioris Ianua.

14 Altare S. Petri Martyrium referens, opus Dominici Paſsignani.

15 Altare D. Andreæ, vbi eius caput aſſeruatur, opus Andreæ Sacchi Romani pictoris. Statuam verò marmoream fecit Franciſcus Quercinus Bruxellenſis ſculptor.

16 Altare hiſtoriam caſus repentini vxoris Ananiæ referens, Chriſtophori Roncalli Pomarancij Pictoris opus.

17 Altare priuilegiatum S. Gregorij Magni Pontificis, vbi reconditum eſt eius corpus: opus Andreæ Sacchi.

18 Organum pro Canonicorum Choro, in quo (choro ſcilicet) ſacrum Ioannis Chryſoſtomi corpus, deuota fidelium pietas veneratur. Ibi viſitur ſtatua marmorea, quam vocant Pietatis, mirabile Bonarotæ opus. Picturæ autem Chori eiuſdem ſunt Simonis Vveth Galli.

19 Sepulchum Clementis Octaui.

20 Sepulchrum Leonis Vndecimi.

21 Sepulchrum æneum Innocentij Octaui, Antonij Pollaioli Florentini, celebris tunc temporis Sculptoris, opus, cum hoc, quod ſequitur, epitaphio.

INNOCENTIO VIII. CYBO PONT. MAX. ITALIÆ PACIS PERPETVO CVSTODI, NOVI ORBIS SVO ÆVO INVENTI GLORIA REGI HISPANIARVM CATHOLICI NOMINE IMPOSITO, CRVCIS SACROSANCTÆ INVENTO TITVLO, LANCEA, QVÆ CHRISTI HAVSIT LATVS, A BAIAZETE TVRCARVM IMPERATORE DONO MISSA, ÆTERNVM INSIGNE MONVMENTVM, E VETERI BASILICA HVC TRANSLATVM, ALBERICVS CYBO MALASPINA PRINCEPS MASSÆ, FERRENTILLI DVX, MARCHIO CARRARIÆ ETC. PRONEPOS, ORNATIVS AVGVSTIVSQVE POSVIT
ANNO DOMINI MDCXXI.

22 Ianua Cantorum.

23 Sacellum magnum D. Mariæ Præſentationis. Iconem pinxit Io. Franciſcus Romanellus Viterbienſis.

24 Ianua ad aſcenſum totius Fabricæ.

25 Sacellum dicatum Cathedræ Diui Petri, in quo exiſtit fons baptiſmalis. Pinxit hoc Sacellum Gaſpar Cœlius Romanus: Cathedra autem marmorea ſuis cum ornatibus, opus eſt Equ. Io. Laurentij Bernini.

26 Porta Sancta, & quatuor aliæ Ianuæ pro Templi ingreſſu, à Paulo V. erectæ.

27 Altare D. Mariæ dictæ ad Febrim, vbi viſitur columna marmorea, cui Saluator noſter prædicans hærebat.

28 Nobile ſacellum ſanctiſsimi Crucifixi, à Petro Caballino ſummæ pietatis Pictore, & Sculptore ſimul, è ligno fabrefacti, Picturæ autem opera, ſunt Ioannis Lanfranci Parmenſis.

29 Ianua ad Cubile.

30 Sacellum magnum Diui Sebaſtiani Martyris, opus Dominici Samperij pictoris Bononienſis.

31 Monumentum marmoreum Comitiſſæ Mathildis, delineatum ab Eq. Bernino, ſculptum verò à Stephano Speranza Romano.

32 Ianua ad cubilia pro ſeruitio Fabricæ & Templi.

33 Magnificum Sacellum ſanctiſsimæ Trinitatis, depictum à Petro Berettino Cortonenſi pictore, vbi ſacroſanctum Euchari-

A
A

OLI


ARA MAXIMA SVPRA SACROSANCTVM CORPVS PRINCIPIS
APOSTOLORVM IN MEDIO TEMPLI SVMPTVOSISSIMO CIBORIO ÆNEO AVRO
VERMICVLATO AB VRBANO VIII. PONT. MAX. AC SACRO CONFESSIONARIO
VARIIS PRETIOSISQVE LAPIDIBVS A PAVLO V. PONT. MAX. EXTRVCTA



PRIMVS ANGVLVS DIVI ANDREÆ RVATVR CAPVT IPSIVS APOSTOLI



PRIMVS ANGVLVS DIVI ANDREÆ APOSTOLI VBI CONSPICITVR EIVS STATVA ET SVPRA AEDICVLA IN QVA CONSERVATVR CAPVT IPSIVS APOSTOLI ET INFERIVS SACELLVM SVBTERRANEVM



SECVNDVS ANGVLVS S.VERONICÆ CVM SVA STATVA SVPERIVS EST LOCVS VEL VIDETVR ÆDICVLA IN QVA SANCTISSIMA DNI NRI IESV XPI IMAGO CONSERVATVR ET INFERIVS SACELLVM ...



TERTIVS ANGVLVS S·HELE LA VBI PARS S· CRVCIS DÑI
NRI IE NEVM·



TERTIVS ANGVLVS S HELENÆ MATRIS CONSTANTINI IMPERATORIS CVM SVA STATVA SVPERIVS EST ÆDICVLA VBI PARS S. CRVCIS DNI NRI IESV XPI VENERABILITER CONSERVATVR ET INFERIVS SACELLVM SVBTERRANEVM



LONGINI LANC RCARVM TY
RANNO ACCEP EXORNATVM



LONGINI LANCEAM QVAM INNOCENTIVS OCTAVVS PONT. MAX. A BAIAZETE TVRCARVM TYRANNO ACCEPIT VRBANVS OCTAVVS STATVA ADPOSITA ET SACELLO SVBSTRVCTO IN EXORNATVM CONDITORIVM TRANSTVLIT





50 Ianua ad cubicula pro fabrica.

51 Confeſsionale D. Petri à Paulo V. varijs precioſiſque lapidibus exornatum, cum Tabernaculo æneo nobiliſsimi operis. Admirandam hanc molem fuſili opere ex ære conte-

cit

ROSANCTA EVANCELICA HISTORIA DICENTE DOMINO PETRE AMAS ME
ASCE OVES MEAS IN CANDIDO MARMORE EXCVLPTA SVPRA VALVAM TEMPLI INTERIVS
MEDIO INSCRIPTIONVM PAVLI V·ET VRBANI VIII·AB INNOCENTIO X·PONT MAX·
COLLOCATA·



chariſtiæ ſacramentum aſſeruatur. Viſitur ibi pauimento impoſitum ſepulchrum æneum Syxti Quarti, Antonij Pollaioli opus.

34 Sepulchra Gregorij XIII. & Gregorij XIV.

35 Sacellum celeberrimum Gregorianum, à Gregorio XIII. extructum, dicatum B. Virgini ad Succurſum. Ibi requieſcit corpus S. Gregorij Nazianzeni: Picturæ ſunt fere omnes Hieronymi Mutiani Brixienſis, nonnullas verò ab eodem inchoatas perfecit Cæſar Nebula Vrbeuetanus, eius alumnus. Habet hoc Sacellum quatuor Capellanos è familia Boncompagna.

36 Altare priuilegiatum D. Mariæ dicatum.

37 Ianua ad cubicula.

38 Altare dicatum S. Baſilio Epiſcopo.

39 Altare ſubterraneum D. Longino dicatum, cum eiuſdem ſimulacro marmoreo, Eq Bernini.

40 Altare D. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris, Mutiani opus.

41 Altare S. Vvenceslai Bohemiæ Ducis, opus Angeli Caroſelli pictoris Romani.

42 Altare priuilegiatum SS. Proceſsi & Martiniani Martyrum, ſub quo eorundem Corpora requieſcunt, Valentini pictoris Galli opus.

43 Altare S. Eraſmi Epiſcopi & Martyris, à Nicolao Posì Gallo depictum.

44 Ianua ad cubicula huius Templi.

45 Altare D. Petri ſuper vndas pauidè ambulantis, primum à Bernardo Caſtello Ianuenſe, poſtmodum verò à Io. Lanfranco pictum.

46 Altare repræſentans Tabitam puellam D. Petrí precibus à mortuis reſurgentem; opus Eq. Ioannis Balleoni Romani.

47 Altare ſubterraneum D. Helenæ, cum ſimulacro marmoreo ab Andrea Bolgio Carrarienſi ſculptore elaborato.

48 Altare priuilegiatum S. Michaëlis Archangeli. Iconem quidem delineauit Eques Ioſeph Cæſar Arpinas; muſiuo autem opere perfecit Io. Baptiſta Calandra.

49 Altare priuilegiatum S. Petronillæ, Diui Petri filiæ, ſub quo eiuſdem Virginis corpus requieſcit: opus picturæ eſt Ioan. Franciſci Centenſis.

50 Ianua ad cubicula pro fabrica.

51 Confeſsionale D. Petri à Paulo V. varijs precioſiſque lapidibus exornatum, cum Tabernaculo æneo nobiliſsimi operis. Admirandam hanc molem fuſili opere ex ære confecit

cit Gregorius de Rubeis Romanus: inuenit verò & delineauit Eques Berninus.

52 Altare ſacrarum Reliquiarum.

53 Altare S. Annæ, & S. Antonio Patauino dicatum.

54 Locus, vbi cuſtodiuntur vaſa aurea, & argentea, & ſupellectilia Templi.

55 Locus, vbi ſe præparant Canonici.

56 Locus, vbi ſe præparant Beneficiati.

57 Locus aſcenſus ad Chorum.

58 Locus, vbi cantatur officium, ſiue Chorus, de quo ſupra num. 18.

59 Porticus ampla ante portas Templi, exhibens etiam fontem publicum Aquæ Paulinæ.

60 Ara ante Templum, cum ſcala, à Paulo Quinto facta.

61 Scala, quæ ducit ad Palatium Vaticanum, extructa à Paulo V.

62 In eiuſdem ſcalæ capite viſitur ſtatua D. Petri marmorea.

Circum Baſilicam ſancti Petri viſebantur antiquitus Sacella permulta, Oratoria, & Monaſteria ſeruorum Dei, ex quibus nonnullorum adhuc extat memoria. Ante omnia, poſt abſidem Eccleſiæ erant Monaſteria quatuor Monachorum die noctuque alternatim in D. Petri Baſilica pſallentium: hodie verò inſeruiunt pro Hoſpitio nationis Abbaſsinorum, quæ à ſancta Sede alitur maxima cum charitate.

A dextro Baſilicæ latere duo Monaſteria viſebantur: primum, & reliquorum caput, S. Martino dicatum; cuius initia obſcura: alterum Stephani Minoris, ab Adriano Papa conſtructum, hodie eſt Hoſpitium Hungaricæ nationis. Adeſt etiam ſimiliter Eccleſia, quæ dicitur Campus Sanctus.

Supereſſet aliquid dicendum de fornicibus ſubterraneis Vaticanis: ſed quia Franciſcus Maria Torrigius Romanus hac de re prolixe ſcripſit, in libro, quem nuncupauit, [Le Sagre Grotte Vaticane;] Ideo ad eum, Lectorem remitto.

Sequuntur nonnullæ Imagines videlicet Principis Apoſt. Ara cũ ſuis ornamentis. Quatuor Anguli de quibus iam dictũ eſt, nempe

D. Andreæ Apoſt.

S. Veronicæ.

S. Helenæ Matris Conſtant. Imperat.

S. Longini.

Sacroſanctæ Euangelicæ hiſtoriæ Domino dicente: Paſce oues meas.

INDEX

INDEX RERVM MAGIS NOTABILIVM.

ALbertus Imp. iuramentum fidelitatis præſtat Bonifacio Octauo 144. C

Altare Apoſtolorum Petri & Pauli, à Conſtantino Magno conſtructum. 13. C Vbi ſitum. 124. B. Ad Altare S.Petri nullus alius præter Romanum Pontificem, conſecratur. 129. A

Altare ſancti Aegidij in Baſilica Veteri Vaticana conſtructum fuit à Ioanne Tomacello. 84. B. Sancti Antonij Eremitæ, & eius Inſcriptio.124. C. S.Luciæ conſecratum à ſancto Gregorio Primo. 125. A. S. Martialis. 57.D. S. Mauritij, eiuſque prærogatiua. 22.B. S. Paſtoris extructum ab Vrſo de Vrſinis. 124. A. SS. Philippi & Iacobi, nunc S.Annæ.43 A. S.Simonis & Iudæ,vbi tranſlatum à Sixto Quarto. 106 D. 107. A. S. Sylueſtri vbi ſitum in Baſilica Vaticana. 21. B. vide Oratorium.

S. Anacletus Pontifex memoriam S. Petri conſtruxit. 2. B. 61. D. Primus omnium Baſilicam D. Petro ædificauit in Vaticano. 4 B

Atrium ante Baſilicam Vaticanam, vbi dicitur Paradiſus, à Symmacho Papa ornatum. 69. C. 139. D. 140. A.

B

BAſilica quid ſit. 3. A

Baſilica S. Andreæ Apoſtoli ad ſanctum Petrum, conſtructa à Symmacho Papa. 68. D.Apollinaris ad ſanctum Petrum extructa ab Honorio I.88.C. SS.Apoſtolorum Philippi & Iacobi ædificari à fundamentis cœpta à Pelagio Primo.76. C. & abſoluta à Ioanne Tertio. 76. D

Baſilica Vaticana eſt caput omnium Eccleſiarum Orbis. 129. B Eius excellentia. 8. B. & ſeqq.127.C. 128. per tot. Tempore Romani authoris præcedebat in Proceſſione omnes Vrbis Eccleſias. 129. D. Item in lumine lampadum. 130. C. vide, Templum nouum Vaticanum.

Beda Presbyter, dictus Venerabilis, vbi ſepultus in Baſilica Vaticana. 117. A. Eius Operum Catalogus. 117.C. per plur. ſeqq. Epitaphium. 119. B.

Bonifacius I. ſepultus eſt in Cœmeterio S. Felicitatis martyris, via Salaria. 73. A. 74. A

Bonifacius Quartus obtinuit à Phoca Pantheon, illudque dedicauit B. Mariæ, & Sanctis omnibus. 85. B

Bonifacius Octauus ſepultus in Oratorio olim S. Abundij Manſionarij. 122. A. Libri ab eo ſcripti. 122 C. Eius corpus in demolitione veteris Baſilicæ intactum repertum fuit. 122. D.

C

S. CAEcilia apparet Paſchali Primo. 66.C

Canonici ſancti Petri tempore Romani authoris quas diſtributiones percipiebant oblationum. 131.C. 133. A. 134. B.135.B

Canonizationes S.Didaci,S.Raymundi, S.Hyacinthi, S Franciſcæ Romanæ, S.Caroli Borromæi, SS. Iſidori, Ignatij, Franciſci Xauerij, Philippi Nerij, & Thereſiæ, S. Eliſabethæ Luſitaniæ Reginæ, & S. Andreæ Corſini; quo tempore, & à quibus Pontificibus celebratæ. 10. B. & ſeqq.

Cantharus idem ac Fons. 139. D. vide. Fons.

Cardinales ſeptem Presbyteri aſſiſtebant celebrationi Miſſæ in Altari S. Petri. 135. B. recenſentur per titulos. 136. A

Carnifex, vide, Sorrentialium Præfectus.

Caroli Magni Imperatoris donatio facta Baſilicæ S. Petri. 142. B

Carolomannus filius Caroli Francorum Regis Romam venit 101. D. Monachalem habitum ſuſcipit. 102. A

Carolus I. II. & III. Siciliæ Reges, in Baſilica Vaticana coronantur. 10. A

Catacumbarum Baſilicæ Vaticanæ deſcriptio. 3. B

Cedualla Anglorum Rex in Baſilica Vaticana baptizatus. 11. A. Ibique ſepultus: & eius epitaphium. 11. B

Clodouæus Francorum Rex munera mittit Baſilicæ Vaticanæ. 68. B

Confeſſio S Petri, idem quod martyrium, vel memoria. 9. A. Vetuſtiſſima, deſtructa fuit ab Heliogabalo. 155. D

Conſtantinus Magnus Vaticanam Baſilicam conſtruit. 1.C. 13. C. & Baſilicam D.Pauli via Oſtienſi. 2. A. S. Petri corpus in Baſilica Vaticana recondidit. 154. B. Item S. Pauli in Baſilica Oſtienſi. 154. C. Dona ab eo facta

cta Baſilicæ ſancti Petri. 14. *A*
Conſuetudo, quæ ſeruabatur tempore Romani authoris in celebranda Miſſa Pontificia ad Altare beati Petri, & diſtributionibus faciendis. 131. *C*. 133. *A. Item in maiori hebdomada*. 134. *B*
Corpora Apoſtolorum Petri & Pauli à S. Cornelio Papa de Catacumbis translata. 1. *B*. 156. *B. Recondita à S. Silueſtro, & Conſtantino Magno*. 1. *C* 13. *C. Quo tempore à Græcis furto ablata*. 153. *D. Quandiu permanſerint in Prædio Lucinæ*. 154. *D*. 155. *A*. 156. *A. Diuinitus diſcernuntur*. 155. *B*
Crux ſtationalis, quæ. 9. *C*.
Cryptæ emortuales, idem quod Catacumbæ. 2. *B*

D

DIſtributiones in Eccleſia S.Petri quomodo fiebant tempore Romani authoris. 131. *C* 133. *A*. 134. *B*
Dona varia oblata Baſilicæ Vaticanæ à Summis Pontificibus, nempe à
Benedicto Tertio. 110. *C*
Caliſto Secundo. 153. *A*
Conſtantino Primo. 98. *C*
Eugenio Tertio. 17. *B*
Gregorio Secundo. 99. *D*
Gregorio Tertio. 16. *A*. 99. *D*. 100. *A*
Gregorio Quarto. 83. *C*
Hadriano Primo. 43. *D*. 44. *B. & ſequentibus vſque ad* 49
Hadriano Quarto. 17. *C*
Honorio Primo. 88. *B*
Hormiſda 68. *C*
Innocentio Secundo. 153. *B*
Ioanne Primo. 71. *A*
Leone Primo. 24. *A. & ſeqq*.
Leone Tertio. 25. *B. per plur. ſeqq*.
Leone Quarto. 23. *A. & ſeq*. 34. *A. & ſeqq*.
Paſchali Primo 55. *B. & ſeqq*.
Paulo Primo. 51. *A*
Sabiniano. 84. *C*
Sergio Primo. 96. *C*
Sergio Secundo. 108. *A*
Simplicio. 65. *D*
Stephano Sexto. 109. *C*
Symmacho. 68. *D*. 69. *A. & ſeqq*.
Zacharia. 101. *C*. 102. *A*
Donatio Caroli Magni facta Baſilicæ Vaticanæ. 142. *B. Pipini eius patris*. 143. *D. Confirmatio harum Donationum facta à Ludouico Pio Imper*. 144. *A Othonis Magni*. 144 *B. Mathildæ Comitiſſæ*. 144. *C*

E

ECcleſia S. Andreæ in Vaticano. 58. *B. à Gregorio Quarto conſtructa, ſub nomine S.Gregorij*. 60. *A. Corpora Sanctorum ibi tumulata*. 60. *B*
S. Angeli in Monte Gargano, inuenta tempore Gelaſij Primi. 67. *C*
SS. Coſmæ & Damiani, à Felice Quarto conſtructa. 71. *B*
S.Pauli iuxta S. Bibianam, à Leone Secundo ædificata. 25. *A*
SS. Petri & Pauli, in via Sacra, conſtructa à Paulo Primo. 52. *C*
S. Petronillæ, vbi ſita in Vaticano. 58. *B. à Paulo Primo extructa*. 59. *B. Dona ipſi collata à Leone Tertio*. 59. *C*
S Potentianæ ad Thermas Nouatianas ædificata à Pio Primo. 63. *D*.
S Sebaſtiani, & S. Georgij ad Velabrum, à Leone Secundo conſtructæ 25. *A*
Eccleſia Vaticana, vide, *Baſilica*.
Eccleſias, vel Baſilicas multas, item Monaſteria, Xenodochia, Cœmeteria, Oratoria, aliaque ſacra ædificia, extruxerunt in Vrbe ſancti multi Romani Pontifices.
Adeoadatus. 93. *C*
Bonifacius Primus. 73. *A*
Damaſus. 126. *A*
Felix Quartus. 71. *B*
Gregorius Primus. 80. *B*. 81. *A. per plur. ſeqq*.
Gregorius Secundus. 99. *B*
Gregorius Tertius. 15 *C*. 100 *A. C*
Hadrianus I. 46 *B*. 47. *B*. 48. *B. D*
Honorius I. 88. *C*. 137. *A. D*
Ioannes Tertius. 76. *C*
Ioannes Quartus. 90. *D*
Ioannes Septimus. 97. *D*
Leo Primus. 24. *A*
Leo Secundus. 25. *A*. 94. *C*
Leo Tertius. 29. *A*. 32. *B. & ſeqq*.
Leo Quartus. 22. *D*. 35. *A. B*. 42. *B*
Paſchalis Primus. 54. *A*
Paulus I. 50. *D*. 52 *A & ſeqq*.
Pelagius Primus. 76 *B*
Pius I. 63 *D*
Sergius Secundus. 107 *B*. 108. *A*
Simplicius. 65. *C*
Stephanus Tertius, germanus Pauli Primi. 103. *B*
Symmachus. 68. *D*. 69. *B. C*. 70. *B*. 126. *B* vide, *Oratorium*.
S. Eleutherius accipit epiſtolam à Lucio Britannorum Rege. 64. *B*
Epiſcopus S. Rufinæ quas diſtributiones percipiebat è Vaticana Baſilica in maiori hebdomada

mada, tempore Romani authoris. 134.B
Epitaphia permulta in veteri Baſilica Vaticana, videlicet:
Agabiti Primi. 75.C
Agathonis. 93 D
Anaſtaſij Tertij. 115.C
Bedæ Venerabilis. 119. B
Benedicti Secundi. 95. A
Benedicti Tertij. 110. A
Benedicti Quarti. 114 C
Bonifacij Primi. 72 C. 73.B. & D
Bonifacij Secundi. 78. A
Bonifacij Quarti. 85. C. & D
Bonifacij Quinti. 87. A & ſeqq.
Ceduallæ Regis Anglorum. 11. C
Chriſtophori Primi. 115. B
Felicis Quarti. 72. C
Gregorij Primi 79. B
Gregorij Tertij. 17. A
Gregorij Quinti. 116. B
Hadriani Primi. 43. C
Honorij Primi. 88. D 89. D
Innocentij Septimi. 70. B
Ioannis Secundi. 74. B
Ioannis Tertij. 77. B
Ioannis Quarti. 91. A
Ioannis Octaui. 113 A
Ioannis Noni. 113. C
Ioannis Decimi. 114 B
Ioannis Deciminoni. 111. A
Ioannis Cardinalis Burgundi. 51. B
Leonis Primi 24. B
Nicolai Secundi. 111 D
Pelagij Primi. 75. D. 76. B
Sabiniani. 84. C
Sergij Primi. 96. A
Sergij Secundi. 107. B
Stephani Sexti. 109. A
Stephani Septimi. 112. B
Theodori Primi. 91. C
Vrbani Secundi. 90. C
Euariſtus Pontifex titulos in Vrbe diuiſit Presbyteris. 62. A
Eugenius Tertius vbi requieſcat. 16. D. Priuilegium ab eo conceſsum Canonicis ſancti Petri. 17. D. Eius obitus. 20. D

F

FEdericus Secundus Imperator confirmauit omnes donationes à cæteris Imperatoribus Romanæ Eccleſiæ factas. 144. D
Feſti dies, in quibus Summus Pontifex antiquitus coronabatur. 151. B
Fons baptiſmalis extructus in Baſilica Vaticana à S. Damaſo. 126. A. Eius vetus inſcriptio. C. Memoria item ex Prudentio. 127. A
Fons in Atrio S. Petri, extructus à S. Symmacho Papa. 138. B. Alter ad Chriſmatis vnctionem. 138. D. Alter ante Baſilicam Vaticanam. 68. D. 138. D

G

S, GAbinij Presbyteri corpus requieſcit in Oratorio S. Mariæ in Baſilica Vaticana. 16. C
S. Georgij Martyris caput repertum tempore Zachariæ Pontificis. 101. B
Græci fruſtra auferre conati corpora SS. Apoſtolorum Petri & Pauli 153. D. 155. A. C
S. Gregorij Primi conſtitutiones pro Eccleſia Dei. 79. D. Priuilegium conceſſum Baſilicæ Vaticanæ. 81. per plur. ſeqq.
S. Gregorius Tertius ædificauit Oratorium ſanctæ Mariæ in Baſilica Vaticana. 15. A. Eius corpus vbi reconditum. 16. D. Eius Epitaphium. 17. A
Gregorius Quartus Eccleſiam SS. Andreæ & Gregorij conſtruxit. 60. A. Ibi corpus ſancti Gregorij Magni tumulauit. B. 83. C. 106. A

H

HAdriani Imperatoris memoria, vbi nunc eſt Arx S. Angeli. 139. B
Hadrianus Primus vbi requieſcat in Baſilica Vaticana, & eius Epitaphium. 43. B. C
Hadriani Quarti corpus in Baſilica Vaticana requieſcit. 17. C. Eius obitus. 21. A
Honorius I. conſtruxit in Porticu Vaticani Baſilicam S. Apollinaris. 88. C. Portam Argenteam in Baſilica Vaticana confecit. 137. A. D. Eius laudes, & epitaphia. 89. per tot.

I

IMperatores, & Reges plurimi, qui Baſilicam Vaticanam pietatis ergo viſitarũt. 12. C
Indulgentia, ſiue remiſſio peccatorum antiquitus conceſſa venientibus ad Baſilicam D. Petri. 5. A
Innocentij Secundi ſepulchrum vbi antiquitus poſitum. 139. C. Priuilegium conceſſum ab eo Canonicis S. Petri. 153. B
Innocentius Octauus Villam Beluedere dictam in Vaticano ædificauit. 123. C. eius obitus. 123. B
Inſcriptiones variæ.
Bonifacij Primi. 73. C
Conſtantini Magni in Baſilica Vaticana. 2. A. 14. A. Alia ex Fuluio Vrſino. 2. D. 129. C. Alia

in honorem eiuſdem Baſilicæ. 6. D. Alia pro Baſilicis Vaticana, & Oſtienſi. 129, C
S. Ioannis Primi. 71. A
Felicis Quarti plures in Eccleſia SS. Coſmæ & Damiani. 71. C. 72. A.B
Portæ Argenteæ. 137. A
Inſcriptio vetus pro fonte Baptiſmali extructo à S. Damaſo Pontifice. 126. C
Ioannes Card. Columna fecit Tribunam, & Proſpectum exteriorem Baſilicæ Liberianæ. 53. B. An patrocinatus fuerit electioni Alexandri Tertij. 53. C
Ioti pictura muſiuea, translata prius à Paulo Quinto, deinde ab Vrbano Octauo. 141 A
Iuſtinianus Imperator munera mittit Baſilicæ D. Petri. 74. D
Iuſtinus Imp. voti gratia multa dona miſit Vaticanæ Baſilicæ. 68. B

L

Lampades quot accendebantur quotidie in Baſilica D. Petri, tempore Romani authoris. 130. C. & 132. per tot.
Lanceæ, quæ Chriſti latus percuſſum fuit, hiſtoria. 120. B
Lectorium S. Petri, quibus in feſtiuitatibus ornabatur. 141. B
S. Leonis Primi epitaphium. 24. B. Laudes, 65. A
S. Leo Quartus, Monachus in Monaſterio ſancti Martini, poſt S. Petri Baſilicam. 22. D. Eius dona, & ſacra ædificia, vide in verb. Dona, & verb. Eccleſiæ. Muros Vrbis renouauit 36. D. Monaſterium S. Martini reſtaurat. 42. B
S. Leonis Noni obitus. 20. B
S. Linus conſtituit vt Mulier in Eccleſiam velato capite introiret. 61. A
Luminum multitudo in rebus ſacris indicat ſummam reuerentiam. 131. A. Vſus eorum antiquiſſimus in Eccleſia, etiam ex Apoſtolorum conſtitutione. 133. B. D. Carmina de Eccleſiaſticis luminibus. 134. A

M

B. Margarita Columna auctrix Monaſterij SS. Stephani, & Syluestri in Campo Martio. 53. B
S. Martialis an fuerit diſcipulus S. Petri, an verò S. Pauli. 58. A
Mathildes Comitiſſa Liguriam & Tuſciam donat Eccleſiæ Romanæ. 144. C
S. Matthiæ Apoſtoli corpus vbi requieſcat in Vaticana Baſilica. 124. A
Monaſterium ſancti Eraſmi in Cœlio Monte ab Adeoato Papa auctũ & locupletatũ. 92. C
SS. Ioannis & Pauli à S. Leone Primo conſtructum prope Baſilicam Vaticanam. 24. A
S. Stephani Catabarbara Patricia, in Vaticano, à Leone Tertio conſtructum. 32. C. Ab Hadriano Primo priſtinæ obſeruantiæ reſtitutum. 45. B
S. Stephani Pontificis & Martyris, & ſancti Syluestri Pontificis, à Paulo Primo ædificatum. 52. B. Ab Honorio Quarto conceſſum Monialibus Ciuitatis Præneſtinæ. 53. A

N

Naumachia Neronis in Vaticano. 139. A 140. D
Nicolai Secundi epitaphium. 111. D
Nocturnæ ſtationes olim in Eccleſia ſancti Petri ſeruari ſolitæ. 152. A. Hodie non obſeruantur. 152. C
Noruegiæ Regnum Sedi Apoſtolicæ tributarium. 149. B

O

Oratoria varia in Baſilica Vaticana, nempe S. Abundij Manſionarij. 121. D. Ibi ſepultus fuit Bonifacius Octauus. 122. A, & ſeqq.
S. Ambroſij. 123. A
S. Antonini Martyris. 120. D. Eius Inſcriptio. 121. B
S. Crucis, reædificatum à S. Leone Tertio. 29. A. conſtructum antea fuit à S. Symmacho. 125. C
S. Gregorij Papæ, conſtructum à Gregorio Quarto. 60. A. 106. A
S. Hadriani Martyris. 43. D
S. Ioannis ad Fontes, extructum à S. Damaſo. 126. A
S. Leonis, à Leone Quarto ædificatum; vbi eius corpus, & Prædeceſſorum Leonum requieſcunt. 22. D. 43. A
S. Mariæ conſtructum à Gregorio Tertio. 15. A
Aliud conſtructum à Paulo Primo. 50. D. 52. D. Dicebatur ſancta Maria in Oratorio. 51. B. 53. A
SS. Philippi & Iacobi Apoſtolorum, vbi ſitum. 121. C
SS. Proceſſi & Martiniani, à Paſchali Primo conſtructum. 54. A. 55. C. vbi eorum corpora depoſuit. 105. C
S. Veronicæ, dedicatum fuit à Ioanne Septimo.

mo. 119. C. *Ibi aſſeruabatur ſanctiſſ. Sudarium, & ferrum Lanceæ, qua Chriſti latus in Cruce transfixum fuit.* 120. A.B

P

Pallium Archiepiſcopale quid ſit. 7. B. *Quare dicatur ſumptum de Corpore ſancti Petri.* ibid. *Eius petitionis forma.* 7. D. *In B. Petri Baſilica tantùm vigilantur Pallia Archiepiſcopalia.* 5. C. 9. D

Panni lanei, ex quibus fiunt Pontificalia, quo ritu vigilabantur ad Corpus S. Petri. 6. A

Paradiſus in Vaticano, quis locus dictus. 66. B. *A S. Symmacho ornatus.* 69. C. *Eius deſcriptio.* 139. D

Paſchalis Primus in Pontificem eligitur. 54. D *Eius laudes, & munificentia erga Clerum, & Pauperes.* 54. C. 55. A. *Viſio ei facta ſanctæ Cæciliæ.* 56. C. *Eiuſdem Corpus inuenit.* 57. C. *Corpora SS. Proceſſi & Martiniani tranſtulit de Cœmeterio S. Agathæ in Baſilicam Vaticanam.* 105. C

Paſchalis Secundus recondidit in Oratorio ſancti Leonis Quarti Corpora SS. Leonis Primi, Secundi, III. IV. 22. D. *Et ſub Altare S. Sixti, corpora eiuſdem Sixti, & Fabiani Martt. & Sergij II.* 62. C

Pauli Diaconi corpus requieſcit in Baſilica Vaticana. 16. C

Pauli Primi Pontificis obitus, & Epitaphium. 51. A. & ſeqq.

Petri Bleſſenſis zelus pro iuribus Eccleſiæ Romanæ. 147. A

S. Petronillæ Eccleſia, ſiue Oratorium in Vaticano. 58. B. *Eiuſdem Virginis memoria.* 58. C

S. Petrus Apoſtolus crucifixus iuxta Terebinthum Neronis, ex Romano authore. 139. A

Petrus Aragoniæ Rex in Baſilica Vaticana coronatur. 10. A. *Regnum ſuum tributarium facit Eccleſiæ Romanæ.* 145. B

Pinea ænea in Atrio, ſiue Paradiſo Baſilicæ Vaticanæ. 138. D

Pipini Francorum Regis donatio facta Eccleſiæ Romanæ. 143. D. *Eius aduentus in Vrbem.* 149. D.

Pontifex, quando pergebat ad ſanctum Petrum in ſtationibus, quas oblationes percipiebat tempore Romani authoris. 133. A

Pontifices recenſentur, quorum corpora tempore Romani requieſcebant in Vaticano; & ſunt iſti.

Adeodatus. 92. C
Agapitus Primus. 75. A
Agatho. 93. C
Anacletus. 61. C
Anaſtaſius Secundus. 67. D
Anaſtaſius Tertius. 115. C
Benedictus Primus. 77. C
Benedictus Secundus. 94. C
Benedictus Tertius. 110. A
Benedictus Quartus. 114. C
Bonifacius Secundus. 74. A. 78. A
Bonifacius Tertius. 84. D
Bonifacius Quartus. 85. B
Bonifacius Quintus. 86. C
Bonifacius Octauus. 122. B
Chriſtophorus Primus. 115. B
Cletus. 61. D
Conon. 95. C
Conſtantinus Primus. 98. B
Deus-dedit. 86. B
Donus. 93. A
Eleutherius. 64. A
Euariſtus. 61. D
Eugenius Primus. 91. C
Eugenius Tertius, 17. A
Felix Tertius, ſiue ſecundùm Honufrium, Secundus. 67. A
Felix Quartus. 71. B
Gelaſius Primus. 67. B
Gregorius Primus, Magnus. 79. A
Gregorius Secundus. 98. D
Gregorius Tertius. 99. C. 16. D
Gregorius Quartus. 84. A
Gregorius Quintus. 116. A
Honorius Primus. 88. A
Hormiſda. 68. A
Hyginus. 63. A
Ioannes Primus. 70. B
Ioannes Secundus, 74. B
Ioannes Tertius. 76. C
Ioannes Quartus. 90. C
Ioannes Quintus. 95. B
Ioannes Sextus. 97. C
Ioannes Septimus. 97. D
Ioannes Octauus, ab aliquibus falsò dictus femina. 113. A
Ioannes Nonus. 113. C
Ioannes Decimus. 114. A
Ioannes Decimusnonus. 111. B
Leo Primus. 64. D
Leo Secundus. 94. B
Leo Tertius. 104. B
Leo Quartus. 22. D
Leo Nonus. 108. C
Linus. 61. A
Paulus Primus. 103. D
Pelagius Primus. 75. D
Pius Primus. 63. C
Sabinianus. 84. C

Sergius

Sergius Primus. 95. D
Sergius Secundus. 107. B
Seuerinus Primus. 90. A
Simplicius. 65. B.
Siſinnius Primus. 98. A
Sixtus Primus. 62. B
Stephanus Secundus, ſiue Tertius. 102. C
Stephanus Tertius, ſiue Quartus 104. A
Stephanus Quartus, vel Quintus. 104. B
Stephanus Sextus. 108. D
Stephanus Septimus. 112. A
Symmachus. 68. D
Theleſphorus. 62. C
Theodorus Primus. 91. A
Victor 64. C
Vitalianus. 91. D
Vrbanus Secundus. 43. D.
Zacharias. 101. B
Porta argentea Baſilicæ Vaticanæ, refecta ex ære ab Eugenio Quarto. 137. A
Portæ quinque Baſilicæ veteris Vaticanæ, quæ exiſtebant tempore Romani authoris; & eorum nomina. 136. B. 137. per tot. Addita fuit poſtmodum ſexta, nempe Porta ſancta. 136. D
Proceſſionis Cleri pro ſupplicationibus ſolemnibus ad D. Petri Baſilicam, deſcriptio. 9. C

Q

Quadrageſimali tempore Crux Stationalis præcedens populum ſumebatur de S. Petri Altari. 130. A

R

Regna, & Prouinciæ, Eccleſiæ Romanæ olim tributaria, nempe:
Anglia. 146. D. 147. B
Apulia, & Calabria. 148. C
Aragonia. 145. B
Bambergenſis Epiſcopatus. 149. A
Bauariæ multa loca. 148. B
Boſina. 151. A
Capuæ Principatus. 148. D
Corſicæ Inſula. 146. B
Croatia, & Dalmatia. 145. B
Dania. 145. D
Fuldenſis Abbatia. 149. B
Gallia. 146. A
Hiſpania. 145. D
Hungaria. 148. A
Hybernia. 147. B
Luſitania. 146. C
Noruegia. 149. B
Polonia. 147. D
Ruſſia. 144. D
Saxonia. 146. B
Scotia. 147. C
Sicilia. 148. C
Suecia. 149. B
Tarraconenſis Ciuitas. 145. D
Romanus author deſcriptionis Baſilicæ veteris Vaticanæ, erat Canonicus tempore Eugenij Tertij, & Alexandri Tertij. 15. B. 125. C
Romuli ſepulchrum vbi ſitum. 139. A

S

Schalæ Baſilicæ Vaticanæ constructæ ex lapidibus ſepulchri Romuli. 139. A
Sergius Secundus inchoauit nouum ædificium SS. Silueſtri & Martini. 107. B. 108. A. Eius epitaphia. 107. D. 108. B
S. Silueſter Primus Baſilicas D. Petri & D. Pauli eadem die conſecrauit. 2. A
SS. Simonis & Iudæ Altare vbi ſitum in Baſilica veteri. 106. D
S. Simplicij Papæ memoria, ſeu Inſcriptiones. 66. A
Sorrentalium Præfecti merces in iuſtitia exequenda. 135. A
Stationes nocturnales in Eccleſia Diui Petri. 152. A. Hodie non obſeruantur. C
Stationes diurnales ibidem. 152. D
Stephanus Secundus vixit in Pontificatu tres dies tantùm. 202. C. 105. A
Stephanus Tertius, frater Pauli Primi, ſucceſſit Stephano Secundo. 103. A
Stephanus Quintus pro Eccleſiæ pace pergit in Franciam ad Ludouicum Imperatorē. 105. A. Multa dona obtulit Eccleſiæ ſancti Petri ad Vincula. 105. B
SS. Sudarium in Oratorio S. Mariæ, quod vocatur Veronica, aſſeruatum. 119. C. 120. A
S. Symmachus Papa Baſilicam S. Andreæ ad S. Petrum conſtruxit. 68. D. Multaque alia Oratoria ædificauit. 69. C. Conſtituit vt die Dominico diceretur in Miſſa, Gloria in excelſis Deo. 69. D. Paradiſum in Baſilica Vaticana extruxit. 139. D. 140. A

T

Tarraconæ Ciuitas Eccleſiæ Romanæ dono data à Berengario Comite Barchinonenſi. 144. D.
Templum Apollinis in Monte Aureo. 1. C
S. Theleſphori Papæ memoria ex Tertull. 63. A
Theodo

Theodo Dux Baioariæ primus è ſuis, orationis voto, ad Limina Apoſtolorum profectus. 128. D

Theodoræ Auguſtæ veneratio erga Baſilicam D. Petri. 127. C.

Theodoreti Cyrenſis Epiſcopi verba de ſepulchro Apoſtolorum Petri & Pauli. 13. C

Theodoricus Rex munera mittit Eccleſiæ ſancti Petri. 68. C

Tituli in Vrbe diuiſi à S. Euariſto Papa. 62. A

V

Vaſa Baſilicæ veteris Vaticanæ, à Gothis intacta reſtituta. 14. C

Vaticanum quare ſic dictum. 58. B

Vigilius Papa obijt Syracuſis. 21. D. Inſcriptio in eius laudem. 21. C

Vrbani Secundi ſepulchrum vbi ſitum in Baſilica Vaticana. 43. D. Epitaphium. 50. B.

QVoniam autem poſt huius ſacræ hiſtoriæ impreſſionem nonnullos inuenimus; qui publicè dicunt hanc hiſtoriam fuiſſe Petri Mallij opus huius Baſilicæ Canonici de qua loquimur, qui vixit tempore Eugenij Tertij, & dicauit Alexandro III. qui aſſumptus fuit ad Summum Pontificatum anno Domini 1159. Nos autem dicimus hanc hiſtoriam fuiſſe ſcriptam à Canonico Romano, qui tempore Cæleſtini Tertij floruit, ipſomet in hæc verba atteſtante: Ego Presbyter Romanus huius Sacroſanctæ Baſilicæ Canonicus ſcribo ad poſteritatis memoriam: in fine autem Capituli hæc habet: ſic vidi (vbi loquutus eſt de ceremonia Pontificis in benedicendo, vel conſecrando pallia) tempore Domini Cæleſtini Tertij Pape fieri, ſic etiam ſecundo anno eiuſdem Pontificis, indictione decima, menſis Martij die 30. quæ fuit tunc Feria ſecunda ante Paſcha: creatus autem fuit is anno 1191. Itaque maxima differentia eſt inter ſcriptionem Romani, & Mallij, qui ſuam hiſtoriam Alexandro Tertio dicatam, ſcripſit circa annum 1159. At Romanus ſuam, vt ipſe fatetur ad poſteritatis memoriam, exarauit tempore Cæleſtini Tertij currente anno 1191. pro qua veritate lege Platinam in vita Alexandri Tertij, & Cæleſtini Tertij, & quæ præterea habet Ciacconius in vita Eugenij, Alexandri, & Cæleſtini Tertij, & omnes authores, qui de vita, & geſtis Pontificum ſcripſerunt, vt nihil ſit certius, quam hiſtoriam hanc non eſſe Petri Mallij, quod quidam falsò exiſtimant; ſed Canonici Romani, quod nos verè aſſerimus, & hoc ſatis.

PIVS EPISCOPVS,

Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

INfirmæ æui conditio ſæpe efficit, vt res vel maxime perſpicuę, & immemorabiles, perplexi erroris caligine ſenſim obductæ, in grauia diſcrimina plorabantur.

§. 1. Quo genere affecta ſacroſancta Eccleſia noſtra Lateranen. poſt tot inſignes ruinas, quæ ei tenebroſis illis ſæculis acciderant, quibus plerique omnes Rom. Pontif. aut Religionis ſtudio, aut componendæ pacis gratia, aut bellorum periculo, longe ab Vrbe, ſepæ enim in Gallijs agebant, de ſumma quoque iuris ſui, & honoris prærogatiua perperam laborauit. Etenim longo poſt interuallo, quam fel. recordat. Leo Papa Quartus parta de Saracenis ſpectabili victoria, Vrbem ſui nominis, præſidiumque ad Vaticanum ſtatuerat, cum reduces deinceps Pont. in alijs, atque alijs Vrbis Eccleſijs vti cuique tutum aut commodum erat conſiderent, prædicta Eccleſia, ex tam multis direptionibus, quaſi ſolitudine facta, Sacerdotes Baſilicæ Principis Apoſtolorum cum parilis vetuſtatis gloria, tum nomine, & dignitate illuſtres, & inſignes ab ea rerum commutatione, prædictum ſibi ius nixi ſunt vindicare.

§. 2. Quam rem non ferens Gregorius Papa XI. qui etiam tunc Auinione ſedebat, vt omnem dubitationem eximeret, declarauit, & definiuit, prędictam Eccleſiam Lateranen. præcipuam Sedem ſuam dictæ Baſilicæ, ac ceterarum omnium Vrbis, & Orbis Eccleſiarum maximum ſupra illas omnes locum tenere.

§. 3. Sed dicti Sacerdotes translato inde prorſus Pontificum domicilio, elatiores quandocumque res tulit audentius inſtiterunt, donec Pius Papa Quartus anteceſſor noſter merito commotus, quod in cleri conuentu & ſupplicationibus res turbæ intercederent, moleſtæque diſſenſiones fierent, huic tamen controuerſiæ finem conſtituere volens, cauſam vniuerſam dilecto filio Magiſtro Franciſco Sermento cauſarum Palatij Apoſtolici Auditori commiſit audiendam, & omni appellatione præciſa penitus terminan. Qui vocatis vtrimque Capitulis, in ipſa cauſa rite procedens, definitiua ſententia ex communi aliorum dicti Palatij Auditorum conſilio nuper prolata, declarauit, ius præcedendi & prærogatiuam honoris, locique nobilioris ac ſupremi, etiam ſupra canonicos, beneficiatos, clerum, & perſonas prædictæ Baſilicæ in proceſſionibus ſolemnibus, & decretis, ceteriſque omnibus actibus, publicis & priuatis, ad canonicos, beneficiatos, & clerum dictæ Eccleſiæ Lateranen. omnino pertinere. Quin etiam perpetuo ſilentio his rebus impoſito, res iudicata ita executioni mandata eſt, vt habitis poſtea Cleri Conuentibus ac ſupplicationibus, ſacerdotes omnes prædictæ Eccleſiæ Lateranen. ſupremum ibi locum etiam ſupra omnem clerum dictæ Baſilicæ re ipſa obtinuerint.

§. 4. Quocirca nos tuendi iuris ſtudio, hanc ſententiam atque declarationem & definitionem, & litteras prædicti Gregorij Papæ, & quæcumque in litteris ipſis continentur, Motu proprio, certaque quam habemus prædictorum omnium ſcientia, auctoritate Apoſtolica approbamus & confirmamus, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſupplemus omnes & quoſcumque iuris, & facti defectus, ſi qui in proceſſu & actibus reperiantur ineſſe: & vti ipſe Gregorius Papa optimo iure fecit itidem definimus, iubemusque Capitulum & Sacerdotes, perſonaſque omnes dictæ Baſilicæ vbique ſemper ſententiæ & definitioni parere.

§. 5. Statuentes vt nulla omnino ipſorum prouocatio & teſtificatio, vel reclamatio, ſiue in iudicium producta, ſiue clam interiecta, præterita & futura noceat, nec prorſus vim habeat, materiamue denuo tribuat litigandi.

§. 6. Præcipimus igitur atque interdicimus eiſdem ne poſthac quicquam audeant ſuſcitare: quicumque, ſiue vniuerſi ſiue ſinguli, contrafacient, vel nitentur, eos canonicatu, prælatura, dignitate, beneficio, & officio priuamus, priuatosque ad futura inhabiles declaramus eo ipſo.

§. 7 Decernentes ſic in his, & alijs omnibus ſupradictis, per eoſdem Iudices, & quoſuis alios, omni & quacumque aliter iudicandi & interpretandi facultate penitus adempta vbique iudicari debere, ac irritum & inane quicquid ſecus per quoſcunque ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, non obſtantibus contrarijs quibuſcumque.

§. 8. Volumus autem, vt præſentes in Cancellariæ Apoſtolicæ libro, appellato quinterno, deſcribantur, ipſorumque exempla notarii publici manu, & Prælati eccleſiaſtici, eiuſue Curiæ ſigillo obſignata, eamdem illam omnino fidem in iudicio & extra illud, vbique locorum faciant, quod ipſæmet præſentes facerent, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, ſuppletionis, definitionis, iuſſionis, ſtatuti, præcepti, interdicti, decreti, priuationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud S. Petrum, 12. Calend. Ianuarij, Anno Domini 1569. Pontificatus noſtri anno 4.

Ego Pius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.